



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio VII. De mediis formalibus, verificatiuis, determinatiuis, &
motiuis diuinæ scientiæ erga omnia, & singulas objecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

gnitio Deo non accrescat, quæ tota ipsi antea (ut sic loquar) æternitate ipsius non adfuerit, ac subinde, qui fieri possit hac cognitione, & iudicio. Nunc de præfenti existit dies veneris, & Petrus in ea primum produci mihi coexistit egoque ipsi. Quæ vere & infallibiliter die antea factio Iouis (necum ab æterno) haberi, concipique à Deo non potuit, Deus non mutetur, qui tota antea æternitate, hoc solum iudicium vere, ac sine deceptione de diuersa plane veritate obiectiua potuit ab æterno habere. Dies veneris, & Petrus in ea primum produci, & existiturus erunt, mihi que coexistent? Huius difficultatis compositio scopus Patrum eis locis fuit, non autem quomodo, quæ nondum actu, & de præfenti ab æterno existentiam, & præfentiam habebant, haberent cognoscibilitatem, & futura solum adhuc, à Deo cognoscere, possent cognosci, ut putant Thomistæ, qui ea loca pro reali sua rerum præfentia in æternitate, ex æternitate nobis obiectant ea liquidem difficultas leuissima, & crassissima difficultas est etiam à logicis, necum à Patribus, contemnenda.

8. Sux igitur difficultati diluendæ Patres eo locum doctrinam parant de rerum præfentia & coexistentia æternitati Dei, non ab æterno quidem (quæ ei difficultati diluendæ non prodesset) & futurorum, & præteritorum, quæ talium, cognitionem redderet Deo impossibilem; sed vnumquodque pro sua solum determinata duratione, cui eadem indiuisibilis entitas semper præfens, ubi primum futurorum ab æterno, præfentia, & existentia adest, præfentatur ipsa, & coexistit: cum enim, ut sapienter hic, & fustius citato loco controuersi. 1. diximus, æternitate Dei non Deus solus, sed eius cognitio, & attributa reliqua durent, & iudicij cuiusvis verbum seu copula durationem, & iudicij ipsius, cum illa significet non cum aliena; sit, ut scientia Dei de futuro vtriusque solum æternitatem significet, futuris, & præteritis, cuiusque duratione, totam, & eandem formaliter, & entitative præfentem, & proinde, cui, seu respectu cuius, nihil præteritum, nec futurum sit; non quia ei adæquate, quoad eius eminentialem amplitudinem, & virtuale extensionem coexistent, atque ab æterno, & in æternum præfententur; sed quia totam eius amplitudinem illam nihil antecedere, ut præteritum respectu illius sit, nihil postire, ut futurum omnino potest: sicut respectu durationis extrinsecæ Deo, & successiuæ, siue temporis, possunt creata omnia proprie, vel præterita esse, vel futura: ut sapienter aiebat supra Sanctus Thomas, & acute Hildorus 1. de summo bono cap. 8. dicens: in Deo nec præteritum, nec futurum cernitur; sed omnia præfentia in Deo dicuntur, quia æternitate sua cuncta complectitur: & consonè Anselmus Opusculo de concord. cap. 1. quemadmodum præfens tempus simul continet omnem locum, & qualibet in quolibet loco sunt: ita æterno præfenti simul clauditur omne tempus, & quæ sunt in quolibet tempore, non quidem ipsorum simultate durationis vlla, sicuti, nec locali aliorum; sed solum simultate æternitatis, quæ omnia complectitur inextensibilis, & Augustinus de cognitione veræ vitæ: Nihil præteriti ei recedit, nihil futuri accedit: sed, quicquid fuit, vel erit totum sibi præfens adest. Consonant Patres reliqui. Ex quo fit, ut diuina de futuris, vel præteritis iudicia, quibus cum sola æternitate, tota simul, iudicat Deus, de tempore quidem sint; & iudicent, non cum tempore, sed cum æternitate de se cunctis ex parte sui semper præfentis futuris, cum pro suo quæque tempore venerint: quare, cum de facto adueniunt nulla est ex parte durationis iudicij diuini de eorum in illo tempore actuali existentia, per copulam importatæ variatio: quare neque tunc veritatis obiectiua, ac subinde neque iudicij diuini diuersitas; cum, & idem obiectum pro eodem tempore existens, & eadem sua æternitate solaque significata ab æterno iudicauerit: vnde nihil, quod tertiam conclusionem, vel apparet, impugnet, reliquum est: cum soluta solum proxima difficultate posset impugnari.

9. Porro rationem, & doctrinam solutionis huius solum voluit Boeth. de consolat. prola vltima. Gregor. 22. moral. cap. 23. alias 24. & eorum verbis Anselm. Opus. de concord. cap. 2. Hugo Victorin. tract. 1. sum.

sentent. cap. 2. August. quæst. 2. ad Simplician. negantes cognitioni Dei de futuris præfentia rationem, quia nimirum scientia Dei eadem æternitate, quæ primo ab æterno durat, & quam solum significat, obiectis coexistit, pro cuiusque duratione, non ex æternitate, Augustini verba. Si autem, sicut in ordine temporalium, ita & apud Deum nondum sunt: quæ futura sunt, sed ea præuenit sciendo; vnde ergo ea sentit, vno quidem modo secundum futurorum præfentiam; altero vero modo secundum præfentium scientiam. Aliquid ergo temporaliter accedit scientiæ, quod absurdissimum, & falsissimum est. Quibus consonant Fulgent. 1. ad Monim. cap. 12. Hieronym. & Ambros. ad Ephel. 1. Caterum antea æternæ de futuris scientiam antecire, est ob semper præfens nunc æternitatis præfentia dicenda non fit satis explicuit etiam Boethius citato loco dicens: omne namque futurum diuinus præuenit intuitus, atque ad præfentiam propria cognitionis retorquet, ac reuocat, cuius proinde respectu, nec futurum sitit eis nec Dei de ipso cognitio sitit præfentia, ut ex dictis claret. Petrus Damian. epist. 4. de omni. cap. 9. Deus intra sapientia sua finem sic omnia tempora, præterita scilicet, præfentia, & futura concludit, ac figit, ac præuenit sitit, ut neque nouum aliquid ad se patiatur accedere, neque à se quidquam præterendo transire. Nempe ob suæ cognitionis totam simul, cunctilque, pro cuiusque tempore, præfentem æternitatem, vnde obiectiua eorum abque vlla diuersitate, successu etiam temporis, veritas variari Deuæ scientiæ possit, sed veritas constet. Caterum ut dixi supra testimoniis, quæ nobis opponi solent, Patres perumque de obiectiua futurorum, vel in actu primo, vel in actu secundo futurorum ab æterno præfentia loquuntur, est ea proxime datam doctrinam subternant, veluti Gregor. lib. 9. Moral. cap. 16. vbi ait. Nam quæcumque sunt de præfenti nostro, non ab æterno ideo videntur quia sunt, quæ aduerfationum doctrinæ aduersantur: & dixerat, Neque ventura, quasi, quæ non appareant (videantur) desunt, lib. 2. cap. 2. in conspectu eius nihil diuersum, ideoque nihil perire, sed in æternitate cuncta fixa manere, conspectus enim eius denotat scientiam, & intuitionem, idem solum sibi vult Augustinus Psalm 49. ad id: pulchritudo agri mecum est. Nec aliud 4. de Trinitate cap. 16. & lib. 5. cap. 16. & 17. cap. 7. dicens: Deo nec præterita transisse, nec futura non facta esse, atque apud eum præterita & futura stare. Id ipsum Anselm. de casu diaboli cap. 18. & 21. & Beata quæst. 13. variat. contendunt dicens tandem omnia in conspectu Dei esse. Et Basil. in 3. Iai. præfentiam Deo futurorum, & præteritorum ab æterno à se admissam his demum explicuit: quæ item à nobis sperantur futura, velut iam præfentia diuina præfentia oculis subiecta sunt, & conficiuntur, & eo tandem adueniunt Patres reliqui, qui initio nihil proprie præteritum, futurumque Dei æternitati, quavis phrasi docent, id enim statuunt, ut illo perueniant.

DISPUTATIO VII.

De mediis formalibus, seu verificatiuis, determinatiuis, & motiuis diuina scientiæ erga omnia, & singula obiecta.

1. **E**XPLORATIS hæcenus materialibus diuinae cognitionis circa obiecta sua mediis, quæ nimirum illorum singula sub diuinum obtutum afferant, & apponant, de formalibus mediis cognitionis eiusdem, siue determinatiuis, ad eorum singula cognoscenda disputare proximum ex recta methodo est: ubi & de cognitionis diuinae verificatiuis erit agendum: siquidem diuina cuiusvis obiecti co-

CERTAMEN I.

In creaturis ut medio nusquam se Deus cognoscit.

ignio suapte natura vera est, & infallibilis, quare deficienter veritatis diuina circa obiectum quodvis cognitionis, & eam deicere necesse est: & sane disputationem totam de mediis formalibus diuinæ scientiæ quæst. vnic. de possibilitate, vel impossibilitate vñs mediæ formalium, siue determinatiuorum ad aliquid aliud in illis, vel ex illis cognoscendum possemus facile absolvere, siquidem si eorum vñs diuinæ cognitioni impossibilis, (vt reor, ostendamus inferius) ut: nulli obiecto cognoscendo Deum cuiusmodi mediis vñs, satis conuinceretur: verum quia in determinatiuissimæ formalibus mediis singulorum à Deo cognoscendorum doctores, qui hanc impossibilitatem hactenus non viderunt, assignandis, & ad varias doctrinas recurrunt, quarum examen rigidum Theologorum interit non pauci, singula media pro singulis obiectis cognoscendis Deo ab ipsis assignata scotum discutimus. Primo: an Deus se in creaturis cognoscatur, tanquam medio? Secundo: an in omnipotentia tanquam in medio cognoscatur possibilis? Tertio in quoniam, tanquam in medio conditionata futura cognoscatur? Quarto in quoniam absolute futura præuideatur? Quinto an mediis aliquibus ad alterius cognitionem vñs possit? Sexto: an aliis verificatiuis, quam obiectis, pro suo cuiusque statum & tempore positis apponendis diuina scientia indigeat.

1. Aduerto tamen pro tota disputat. à quæstionibus de nomine (quoad fieri possit) transigenda, aliud esse iuxta commune Theologorum cognosci aliquid *ex alio*, vel cognosci *in alio*. Primo enim significari doctores dicunt diuersitatem cognitionis mediæ a cognitione obiecti, quod ex illo præcognito discursu interuenio cognoscitur. Discursus autem, & cognitionum formaliter, & quoad intussum sumptarum, diuersitas, Deo repugnat, vñs omnes merito farentur & dicta hucusque demonstrare: illiceo, vt cum multis loquamur, an Deus aliquis, et aliquibus mediis non inquirimus, sed solum, an in aliquibus mediis cognoscatur: quia illa particula *in* determinationem solum ad cognoscendum aliud absque discursu vñs, aut cognitionum diuersitate per eandem cognitionem censent denotari. Cæterum, si res ipsa formalitudo attendenda sit, nulla est in vñsque loquendi modo diuersitas: vtroque enim præcedentia mediæ præcogniti, & determinantis ad aliud cognoscendum denotatur, quæ si à particula *in* significata absque cognitionum vñsque diuersitate, & formali discursu saluari in Deo potest: significata etiam per particulam *ex* potest absque illis saluari: attento enim, quod in creatis, & limitatis cognitionibus euenit cognosci aliquid *in medio* aque arguit cognitionis mediæ a cognitione illius, quod in illo cognoscitur diuersitatem, atque cognosci *ex medio*: dixi *medio*, non autem ratione formali cognoscendū, quæ siue per particulam *in* siue *ex* siue *ob*, vel *propter* significatur, diuersitatem cognitionis rationis formalis, & obiecti materialis, non ita saltem aperte, conuenit.

QVÆSTIO I.

An Deus se in creaturis, ut medio cognoscatur formaliter?

RESPONDIO hæc, etsi postremo loco apud Theologos in terminis, vt aiunt, nata primum in disputatione præfenti locum sibi merito vindicat: quia de obiecto primo est, in quod diuina tendit cognitio, vt videmus disput. 5.

Christoph. de Ortega, de Deo vñs, Tomus I.

1. Sæterat multis retro annis apud Theologos Deum se in seipso cognoscere, neque aliud medium rationemue cognoscendi ipsi adesse. Verum cum rationes, quibus Theologi non admodum etiam recentes creata alia obiecta à Deo in se, tanquam in medio, vel in aliis mediis creatis cognosci docebant, se etiam ipsum in creaturis, tanquam in medio cognoscere suaderent. Herize 1. p. tract. 1. disput. 4. dub. 2. ita se cognoscere Deum primum, quem typis videtis, docuit: consensit Magister Albi disput. 3. de scientia dub. 2. & 3. se primum quæstionis huius in manuscriptis iactans excitatorem, atque strenue adeo decertat, vt Recentiores plures ad suas traxerit partes, præsertim Complutenses Recentiores, quorum frequens nobis vñsque mentio, & impugnatio. Herize, discipulum cognitionis Dei à seipso in creaturis, vel ex creaturis commune apud Theologos non magnificiens Deum ex creaturis se nosse ideo negat, quia creaturarum transcendentalis respectus ad Deum, quæ vñs est, non quæ trinum: quare se ex illis non trinum, vt reipsa Deus est, sed vñs (aliter nempe, ac reipsa est) cognosceret. Verum ex eo solum transcendentali respectu creaturarum ad Deum, non, vt trinum, vt realiter est: sed, vt vñs, se in creatis, vel ex creatis, vt talem cognoscere, contra Herize suo argumento facile monstrabitur.

2. Nostra igitur negatiua sententia veritate venerabilis, vt pote ab antiquorum Theologorum nomine, in dubium vocata à Recentibus omnibus supponitur, qui nec creaturas à Deo in aliquo sui prædicato, tanquam in medio cognosci opinantur: in quibus Vasquez noster, eiusque affectus, & alij quæst. 2. recentendi sed præcipue magnus meus Magister Didacus Daza; eam porro sententiam, (si quid aliud) vrgentius probant Lactantij, & Dionysij Areopagitæ testimonia data disput. 2. quæst. 5. certam. 3. siue: quæ, licet de cognitione diuina aliorum in alio, quam in seipso loquantur, maiorem vim habent contra sui ipsius cognitionem in alio, tanquam in medio: ratione, vrgentissima, quæ ab impossibilitate cognitionis Dei cuiusvis obiecti in alio desumitur: sed quoniam hæc generalis est, atque quæst. 5. per otium examinanda, & statuenda, ad speciales conclusionis huius veniamus.

3. Specialiter ergo probatur conclusio argumento tacto num. 2. & ex Herize contra ipsum retorco: eatenus possunt creata ducere Deum tanquam medium in sui ipsius cognitionem; quatenus Dei transcendentaliter respectiva ab iploque dependentia essentialiter, eique proinde connexa sunt: atqui creatura Dei, solum quæ vñs est, essentialiter respectiva, ipsique connexa sunt essentia sua: ergo creatura solum possunt esse medium, in quo Deus seipsum cognoscatur vt vñs, non autem, vt reipsa est, trinum. Argumento, mutata solum ex parte cognoscentis materia: quo Theologi communiter probant mysterium Trinitatis, & quod illud supponit incarnationis, à puta creatura, etiam Angelo, intuitu creaturas videntis, non posse naturæ vñsque, seu clusioque reuelationis, & fidei lumine cognosci, nullatenus sit satis ex reali attingentia ad Deum respectus transcendentalis creaturæ, quæ, cum non intentionalis, sed realis ac physica attingentia sit, ad totum Deum, vt reipsa est, trinum, & vñs terminatur, vt vidimus controuersi. 1. de Incarnat. quia, etsi realis attingentia totum attingat Deum, at cognitionem eius ex vi illius tanquam mediæ ad id solum cognoscendum ducit, cuius titulo ipsum respectus creaturarum attingit: quare cognitio ex creaturis, siue formaliter, siue obiectiue, (quod parui ad rem præsentem refert) præcisiua Deique vñs solum modo erit: cum opus non sit, vt respectus, siue

transcendentalis relatio, ut re ipsa, & in se est, videatur terminum, intuitu, videri: quin si in ea, tanquam medio terminum cognoscendus, ut in presenti, sit, implicat in illo terminum intuitu videri: quia intuitiva cognitio essentia sua obiecti in seipso cognitio est, ac non in alio.

5. Quod autem cognitio Dei, ut vnus præcise, ac non positue etiam ut trino, Deo indignam imperfectionem inuoluat, fatetur, certumque supponendum potius, quam disputandum censent Herize, Albiz, Recentiores Complutenses, & reliqui, quos impugnamus, affirmatiue sententia Patroni: quare omnes concordia sententia respondent: determinationem cognitionis diuinæ ad seipsum in creaturis, tanquam in medio cognoscendum ex vi præcise medi ad eum, ut vnum, non ut trinum fore: esse autem ad eum, ut trinum etiam, ex vi perfectionis Dei cognoscens, qui eo videtur medio, ut seipsum cognoscat: itaque vni medi motuam, & ductuam ad cognitionem alterius in ipso tanquam in medio non esse putandam, seu computandam absolute, seorsimque a virtute cognoscitiua cognoscens, sed cum respectu, ad illam: liquidem vis motiua ad cognitionem essentia sua respectiua est potentia cognoscens, cuius solummodo motiua ad cognitionem esse potest, non respectu potentia, quæ cognoscitiua non sit, ut de se patet: volunt ergo ea solutione dicere, creata creatis cognoscens, & potentiis cognoscitiuis limitatis, immensaque imperfectioribus, quam diuina, ad Deum, qua vnum præcise cognoscendum in ipsis medium esse, non autem cognoscendum qua trinum: quia createe potentia cognoscitiua ad perfectam cognitionem sui obiecti in illis cognoscendi determinate non sunt: quare respectu potentia cognoscitiua createe vim motuam ad Deum, qua trinum etiam, cognoscendum non habent, vel potius exerece, exereceque non possunt: non quidem suæ intentionalis virtutis motiua defectu, sed coelatae virtutis potentia. Respectu vero potentia cognoscitiua diuinæ, ipsis etiam ad diuinam cognitionem correlata; & cui nihil virtutis cognoscitiua potest deesse totas suas motiuas intentionales vires creaturarum medium ad Deum in ipsis, qua trinum etiam, cognoscendum exerece, exerece, atque explicare.

5. Totas solutionis huius vires explicui, atque de nostro etiam confirmavi. Contra vero primo: quia hac eadem doctrina æque probabitur creaturas specificatum diuinæ cognitionis esse posse contra respondentes fere omnes, & Theologos reliquos: imo contra Dionysium Areopagitam, & Lactantium proxime memoratos n. 3. & Patres reliquos recitandos, memorandisque quæst. 2. cert. vi. Assumptum probatur: quia eadem doctrina, & subiuncta à nobis pro illa probanda, & explicanda ratione, etsi creata limitata de se in genere entis, & seibilis sunt, ac proinde infinita Dei cognitionem specificare videantur inepta; id tamen relate ad potentiam cognoscitiuam limitatam, & creatam intelligi debet; non autem relate ad potentiam cognoscitiuam infinitam Dei, cum qua totas suas vires specificatiuas exerece, & exerecent. Dixi fere contra omnes ita respondentes hoc a gumentum conuincere: quia Recentiores Complutenses diuinæ cognitionis specificatum omne negant, atque è sola infinitate Dei cognoscens cognitionis diuinæ totam perfectionem, & infinitatem determinandam pensandamque esse arbitrantur: contra eos tamen sulo cæmo egimus disput. 2. quæst. 5. certam. 2.

6. Impugnatur secundo solutio: quia, etsi vis motiua intentionalis medi in quo aliquid cognoscendum est respectiua essentialiter sit potentia cognoscitiua, respectu cuius solum motiua intentionaliter est ad cognitionem alterius in ipso cognoscendi: ultra modum tamen suæ motionis intentionalis mouere non potest: ut patet de se, & probabitur quæst. 5. dum similem solutionem adhibeam argumento alteri vniuersum omnem cognitionem Dei cuiusvis obiecti in alio, tanquam in medio, ob necessariam imperfectionem abstractionis Deo indignæ in cognitione illa reperitundæ impugnanti, confutemus. Atqui modus intentionalis motionis, createe tanquam medi, in quo cognoscatur Deus, est ratione respectus transcendentalis createe ad Deum, ipsique proportionatus, ratione cuius, tanquam fili ductu solum ad suum terminum

Deum, ducere potest Deum ipsum se in illo cognoscendum: at filium illud, ductusque illius transcendentalis solum respectus, est ad Deum, qua vnum, non qua trinum per vos: ergo motio intentionalis creaturarum ad Deum in illis tanquam in medio cognoscendum ad Deum, qua vnum, non qua trinum cognoscendum erit.

7. Confirmatur: respectus ille formaliter non est ad Deum, qua trinum per vos: ergo ductus mentis diuinæ ad Deum qua trinus ex illo respectu non est: ergo quatenus per illum respectum mens ducitur diuina, Deum, qua trinum, ut re ipsa est, nequit attingere, sed solum, qua vnum: quod est cognitionis diuinæ perfectione indignum: ergo, etsi Deus sit determinatus ad perfectissimam sui, huius re ipsa est, cognitionem: id quidem de se se, ac seorsim à motione, siue virtute intentionalis medi creaturarum, in quo cognoscatur, habet: non autem a medi eiusmodi motiua intentionalis virtute: at, quatenus eo vteretur medio ad sui cognitionem, Deus ad se cognoscendum, ut trinum minime perueniret: esto aliunde perueniret ex sue mentis determinatione ad perfectissimam sui cognitionem: etenim quouis modo, medio creaturarum excitari, moueri, intentione diuinam mentem ad sui cognitionem fingas, ut sic excitata se cognoscendi ansam arripit, cognitio sui, ut vnus tantum ab eo medio erit: quod autem inde mens diuina ad se, ut trinum cognoscendum, quasi refiliat, non à medio illo, adhuc partialiter, sed adæquate à suæ mentis perfectione summa habebit.

8. Inde inferitur: cognitionem Dei in creaturis, tanquam in medio imperfectionem attingendi illum ut vnum præcise ac non ut trinum minime exerece, etiam ex doctrina solutionis aduersariorum. Secundo inferitur: cognitionem Dei, ut trini simul, ac vnus, inquam occasione cognitionis illius imperfectæ Dei vnus præcise in creaturis, tanquam in medio habitæ totam adæquate ex perfectione summa diuinæ mentis provenire, ob quam determinatus est Deus ad se perfectissimæ, ut re ipsa est, cognoscendum, absque vilo influxu, motioneque intentionalis medi creaturarum ad hanc perfectam Dei, ut re ipsa est, residuantem cognitionem, sed sola terminatione, & motione intentionalis obiectiua Dei ipsius cogniti. Vnde inferitur tertio: ex motione intentionalis medi creaturarum, cuius occasione Deus ad seipsum perfecte cognoscendum resiliere diceretur, nullam denique cognitionem, nisi imperfectam illam Dei, qua vnus præcise, Deo accrescendam: nam perfectissima illa Dei, ut re ipsa vnus est, & trinus, à sua perfectissima mente seque ipso tanquam obiecto terminante, & specificante antecedit admodum illam intentionalem medi creaturarum, & occasionem per cognitionem Dei, ut vnus, in medio illo, præhabebat Deus.

9. Contra rursus ac denuo impugno sententiam aduersam. Determinatio diuinæ mentis est ad perfectissimum sui ipsius, ut vnus trinitque re ipsa est, cognitionem: sed cum hac determinatione pugnat in Deo vnus medi, in quo ut vnus præcise, cognoscatur, ac non ut trinus: ergo cum hac determinatione pugnat in Deo vnus medi creaturarum: tantum abest, ut ex hac determinatione diuinæ mentis argumentum nostrum ciuretur, & mitescat. Maior est certa apud aduersarios, & apud omnes, & apud eos etiam qui diuinam cognitionem præcisiuam, etiam ex parte obiecti, diuinorum prædicatorum admittant: nam vtroque modo & præcise, & identice prædicata diuina vera, & cognoscibilia sunt: quæ omnis scientia vtroque modo ipsa pertingit, atque ad ea vtroque modo cognoscenda diuina mens determinata in actu primo intentionalis actiuitatis suæ est. Minor probatur, quia vnus medi ad cognitionem cum illa determinatione pugnantem, est impossibile; sed cognitio Dei præcise, ut re ipsa est, nec cum simul repræsentans trinum, pugnat per aduersarios cum ea determinatione: ergo & vnus medi ad eam cognitionem pugnat in Deo cum eiusmodi determinatione: consequentia probatur, quia vnus medi creaturarum in Deo ad cognoscendum seipsum in illis secundum huiusmodi modum totam considerationem ad cognoscendum se præcise, ut vnum, non autem ut trinum est.

10. Tertio eandem sententiam impugno: quia infallibilitas, & firmitas cognitionis alicuius in medio aliquo

aliquo, non potest medijs infallibilitatem superare, vt constat ex infallibilitate, & firmitate conclusionis ex medio quous deductæ, quæ medijs, ac præmissarum ex quibus deducitur firmitatem, atque infallibilitatem superare nequit, imo verò equare (si Aristoteli adhibenda fides sit dicenti de præmissis respectu conclusionis, *propter quod nunquamque tale. & illud magis*) atque infallibilitas, ac firmitas cognitionis cuiusvis diuinæ de seipso maior longe esse debet, quam firmitas, & infallibilitas veritatis creaturarum: ergo creaturæ non possunt esse medium in quo se Deus cognoscit, & cui infallibilitas, & firmitas cognitionis diuinæ innitatur.

II. Denique eandem sententiam affirmatiuam impugno, iuxta communem horum, & fere reliquorum doctrinam, qui obiecta motiua omnia cognitionis, & volitionis diuinæ earum specificatiua censent, quia vel cognitio Dei de seipso in creaturis, tanquam in medio dicitur aliquam perfectionem diuinæ cognitionis, vel fecit. Si non dicit nec addit: ergo non est in Deo admittenda: si perfectionem aliquam addit diuinæ cognitioni directæ primo habitæ à Deo de seipso: ergo directæ Dei de se primo habitæ cognitio non fuit infinita è genere suo simpliciter per denegationem termini etiam extrinseci, vt cognitio diuinæ esse debet. Patet: quia ea cognitio Dei in creaturis perfectio pro priori cognitionis directæ Dei de se, & in seipso Deo non aderat: quare illi addita est, vt dicitur: ergo aliquid diuinæ cognitionis primæ illi directæ aberat, atque extra illam formaliter erat: ergo non erat infinita per denegationem termini, extrinseci etiam, & è genere suo simpliciter infinita. Patet itaque consequens huius pars, earumque legitima illatio: quia infinitum è genere suo simpliciter tale soli Deo competens, vt vidimus controu. I. est, cuius essentia metaphysica in genere suo est, concipitur verè nequit, quia infinitum in illo genere sit, & concipitur verè non concipitur autem, nec est verè tale, cui addi aliquid in illo genere potest: unde patet etiam nihil illius generis posse esse extra illud, quod ita simpliciter infinitum est: ac proinde eiusmodi infinitum tale esse debere per denegationem termini, etiam extrinseci: nam creata (si quæ infinita esse possunt) non è genere suo, quod absque infinitate saluatur, per partem eiusdem generis siue magnitudinis intensiua, vel extensiua continua, vel discretæ infinitam additionem infinita sunt, & per denegationem termini, solum intrinseci, infinita constituuntur.

12. Dices: hoc argumentum, plusquam oporteat, nobis libet, probare. Probat enim Deum creaturas non cognoscere, vel probat nihil etenim pro illo priori, quo se Deus primo directè cognoscit non representat ipsi cognitio illa creaturas, quæ pro illo priori nondum sunt, & quarum representatione posteriore, cum primum in quouis statu sunt, totum contra illarum cognitionem à Deo, argumentum nostrum instauratur: Quod si responderemus iuxta supra à nobis datam doctrinam, integram omnem, quoad substantiam & modum cognoscendi, intrinsecam representationem pro illo priori cognitionis directæ Dei de seipso adesse, solumque addi extrinsecam obiecti, vt infinita illa representatio simpliciter, & è genere suo talis, & quoad substantiam, & quoad modum omniscentiam, absque illa in genere cognitionis intrinseca variatione ad ea extendatur, & explicetur: Id ipsum, vt ad cognitionem seu in creaturis, tanquam in medio se fecerat responderi nobis putemus. Sed contra est: quia solutio nostra solum apert extensioni scientiæ eiusdem, & inuariatæ, quoad intrinsecum, adhuc formaliter, ad terminos, seu obiecta purè materialia, & solum terminatiua non autem ad obiecta specificatiua motiua, seu media formaliter quæ, vt talium munus exerceant mentem mouere, quam nequeunt formaliter pro priori ad suam motionem intentionalem supponere, ne actum agant, & suam intentionalem causam, & motionem, cognitio, quæ effectus illius esse necessariò debet, contradictoriè præcedat: ergo solutionis notitæ ad instantiam factam doctrinæ id solum euincit: nempe, creaturas, earumque respectum transcendentem ad Deum, ob quem (eio medium alias creatis mentibus esse formaliter possent in quo Deus cognoscere) à Deo, vt purè terminatiua obiecta cognosci, & vt materialiter solum media; non

autem, vt formaliter talia, mouentia Deum ad sui in ipsis vltiorem cognitionem, vt ex data ratione suadet. Porro extremas has duas impugnationes oportebit obseruare, ac meminisse pro vera quæstionis vniuersalis de possibilitate Dei cognoscendi vnum in alio resolutione, vbi alias huc faciliè aduendas rationes dabo. Huius tamen argumento non fido: quia respectu scientiæ, & amoris diuini motiua plura, quæ specificatiua non sunt, admitto: quare ad hominem solum contra aduersarios præstat.

CERTAMEN II.

Exarmanur aduersariorum fundamenta.

1. **O**pponis: Deus non cognoscit se in creaturis tanquam in medio: ergo ex vi visionis illarum non regreditur ad se cognoscendum, etsi aliunde se perfectissimè cognoscit: ergo Deus non comprehendit creaturas. Patet: quia comprehensio est visio rei, ex cuius vi nihil rei lateat videntem; at Deus aliquid creaturarum est, vt pore earum causa, & terminus respectus transcendentis illarum ad ipsum: ergo, ut ex vi visionis illarum, seu in illis (quod idem est) tanquam in medio se videat Deus, non comprehendit creaturas: ita quondam Vasquianos ex Vasquiana hac definitionis comprehensionis intelligentiam coram impugnabam: eludi posse video, si respondeatur effectus esse aliquid causæ, quia in ea continentur, secus autem causam, & in re præsentem, Deum esse aliquid effectuum creatorum; negari tamen reuera, ac sine vacuum vocum vltu, vel potius abusu nequit, quin terminus relationis, seu relatiue transcendentis aliquid sit ita relati, etsi non intrinsece essentialiter, tamen ad essentiam huius consentiam requisitum: imo, si continentur causales voces denudentur, cum effectus formaliter, & in se sumpti (quomodo ad comprehensionis sic explicatæ cognoscendi ex vi visionis causæ sunt) intra illam non sunt, idcirco solum cognoscendi ex vi visionis causæ ad eius comprehensionem erunt, quia effectus huiusmodi formaliter, & in se sumpti extrinsecum aliquid, & terminus actiuitatis causæ sunt.

2. Respondetur ergo visionem creaturarum illarum comprehensionem non esse non quidem ob perfectionis defectum; sed per excessum: quia nimirum realiter, & formaliter supercomprehensio illarum est, vt doctè Molina noster obseruat: etsi enim ex vi visionis illarum, tanquam medijs, ad Deum non regrediat: at nobiliori modo eademmet formaliter, quæ creaturas representat, & earum terminum Deum ob infinitam simpliciter, & indiuisibilitatem, etiam metaphysicè, è genere suo representationem, & omniscentiam, quam è primario, & adequato specificatiuo obiecto suo Deo, Deus ipse habet, ex quo & representationem omnium, quæ ad quodvis obiectum aliud spectant esse ultra veritatis obiectiua, & cognoscibilitatis intrinsece eorum limitationem antea habet: ac proinde eorum supercomprehensio: Dei autem ipsius cuius obiectiua veritas, & cognoscibilitas intrinseca infinita simpliciter etiam è genere suo est, ad amissum est comprehensio, quia eius veritatem obiectiuam & intrinsecam cognoscibilitatem ad extrinsecam omnia sua adequat, quin excedat. Et hunc philosophandi modum non solum Vasq. & Alarcon, Vasquianque ceteri admittunt; sed & Soarius 3. de attributis, atque inde Deum se comprehendere, quia etiam futura in se, tanquam medio, seu vi visionis sui, tanquam medijs non videat, ea tamen in se vt specificatiua, & è sui tanquam specificatiui visionis videt, quod satis ad comprehensionem, atque consequenter autem id sufficere negat de possibilem ex vi visionis (ui cognitione, vt Deus se comprehendat) atque eorum in seipso tanquam medio cognitionem, nec solum specificatiuo Deo adesse requirit.

3. Obiectionem aliter premo. Per comprehensionem debet cognosci obiectum omni modo, quo cognoscibile est: at Deus, & causæ reliquæ cognoscibiles sunt in suis

effectibus, tanquam in mediis, ita enim eas quotidie nominamus, ergo, in Deus se in creatis suis effectibus nouerit citra, aut non ultra, creaturarum suarum comprehensionem erit: cum hunc cognoscibilitatis eorum modum non peringat. Respondetur, distinguendo maiorem; omnem modum cognoscibilitatis effectuum intrinsicum ac non concernentem imperfectionem cognitionis, & cognoscens, fateor: illam concernentis, difficeo. Minorem item distinguo, cognoscibiles sunt concernendo imperfectionem cognoscens, & cognitionis concedo; non concernendo illam nego ob supra dicta: & nego consequentiam.

4. Tertiò opponens: Si Deus non se primariò cognosceret suamque cognitionem non specificaret, & cognosceret nihilominus creaturas inuitae, illas nihilominus comprehenderet, ac subinde se in illis tanquam medio videret: quemadmodum, & Angelus illas videns Deum in ipsis tanquam in medio cognoscit, easque proinde comprehendit: ergo & tunc se in illis tanquam medio videt Deus: quia eadem vis motiua intentionalis creaturis adest, ac tunc adest. Respondetur primo in antecedenti esse implicantiā specificatio sui adequato, & obiecto primario per locum intrinsicum repugnat: quare & repugnat per locum intrinsicum cum hypotheti posita in antecedenti cognitio Dei de creaturis, quae in ipso antecedenti assertur: dato tamen, facile negatur consequentia. Ad cuius probationem responderetur ex dictis: vim motiui intentionalis creaturarum ad Deum in ipsis tanquam in medio cognoscendum, & nunc, & tunc solum esse ad mouendum in absentia cognitionis perfectae diuinae, ac simpliciter e genere suo inuitae, quae tunc abesset; nunc autem Deo adest.

5. Quarto opponens: non obstante cognitione Dei simpliciter infinita e genere suo, quae antecedit naturam, quaque Deus cuncta inuenit, nihilominus causas creatas in suis effectibus tanquam in medio cognoscit, & e contra earum effectus in causis: ergo eadem cognitio sui ipsius antecedens non obstat, quo minus se in suis creatis effectibus rursus cognoscat, fateor consequentiam negari minime posse; posse autem, & negari debet antecedens, ob rationes easdem hactenus datas, & dandas, ubi de possibilitate, vel impossibilitate mediorum ad aliquid in ipsis à Deo cognoscendum inferius disputemus: sed fulcres antecedens: quia Angelus videns creaturas, & Deum etiam inuitae, nihilominus Deum in effectibus creatis cognoscit; alioqui creaturas non comprehenderet: et si utrumque simul inueniretur, non autem Deum ex vi visionis creaturarum: ergo idem de Deo dicendum est: verum facile negatur consequentia antecedenti permisso: quia visio Dei Angelica beata non habet rationes assignatas repugnantiae in visione Dei de seipso, ut creatis tanquam ad seipsum rursus cognoscendum utatur, moueaturque. Ne verò interim aliquis eo antecedenti decipiatur, negandum absolute est ob rationes dandas loco citato. Nam etsi media illa Angelo non videnti Deum & Beato ex vi esse possint mouereque illum valeant ad Deum cognoscendum; secus videnti Deum: nam in conspectu visionis Dei, nec mouere Angelum ad Deum cognoscendum valent nec abstractiua Dei cognitio, ad quam solum mouere media illa valent cum visione Dei est componibilis.

6. Quintò demum opponens: non obstante praecedentia diuinae volitionis simpliciter e genere suo infinita ex primario suo obiecto, & specificatio adequato suae, nempe infinita simpliciter etiam e genere suo bonitate diuina, locus est, & Deus se amet pro posteriori signo ob creaturas, tanquam finem, suae, ut ipsi vtilis, & proficius est, ac proinde motiui intentionalis bonitatis creatae pro posteriori signo propositae datur locus respectu diuinae voluntatis: ergo non obstat praecedentia diuinae cognitionis de Deo simpliciter, & e genere suo infinita Deo ipso, tanquam obiecto primario, & adequato specificatio dabitur locus, ut se rursus in creaturis, tanquam in medio cognoscat: quare & harum intentionalium motiui pro signo posteriori respectu intellectus diuini consequentia videtur legitima, & quae rationem Conclusionis nostrae datam certam, n. 12. funditus euerat siquidem vtro-

bique eadem prorsus militat, nullo, praeter materiam, variato: quare nolumus propter obiectum hac à nobis etiam molestissime vexatos fuisse facere debite ingenuitatis nostrae: omnino erit: etsi ob rationes alias nunc, vique ad questionem de possibilitate, vel impossibilitate eius mediorum in Deo ad se iterum in illis cognoscendum consultò dissimulatos, (ne quaestioni huic, & sequentibus immediatis aditum occluderemus) vim non habeat, ut conclusio nostra absolute deferatur, ex ibi dicendis, sic constabit.

7. Sed tamen neque ratio illa, quam videtur obiectio euertere est deferenda ob diuersitatem, quae inter veritatem, & bonitatem diuinam intercedit: etenim Dei bonitas intrinseca duplex est: altera quae bonus, perfectusque in se entitatis est; altera verò, quae aliis vtilis proficiusque creaturis suis est, etsi abique vilo ad ipsas connexionis respectu: ut tertiam aliam bonitatem moralem Dei nunc omittam. Diuinus igitur amor intrinsecam bonitatem Dei vtilis & creaturis proficius, ad hunc, vel illum finem obtinendum pro specificatio adequato amoris sui habet, cum autem voluntas non, nisi propter aliud, tanquam finem ametur propter omnia quibus Deus vtilis commodusque esse potest est primario suo conceptu tanquam finem Deus se primo illo suo amoris signo amat: quia ita etiam amabilis est: non expectatis tamen creaturis earumque sine possibilitate, siue absolute existentiae signis, à quarum, ut dixi existentia & possibilitate, absoluta prorsus intrinseca Dei vtilitatis bonitas est: sicuti, & earum actiua potentia à rerum possibilitate absoluta est, atque ipsi inconnexa; etsi neutra à nobis, nisi per ordinem ad res alias explicari concipiunt vilo pacto queat: veritas vero diuina vnica solum, & nostro etiam concipiendi modo absoluta à rebus est, in positura, nec solum apparente soliditate essendi, ac proinde, non solum ad conuertentiam, identitatis realis iure, essentiae comes, sed idem formaliter est cum illa: & quibusvis mediis cognosceretur: atque in illis cognosceretur illa praecognosci oporteret: quare & eorum posteriora signa expectari. Vnde cognitioni Dei pro signo, quo se primum in se, cognoscit aliquid cognitionis accrescere, quod ipsam pro illo priori infinitam simpliciter, & e genere suo talem non esse conuinceret, dicebamus. Ac demum, ut dicebam ratio illa ad hominem contra aduersarios solum firmitatem habet, qui motiui omni diuinorum actuum obiecto, specificatiui rationem inesse necessario putant.



QVÆSTIO II.

An Deus in se tanquam in medio possibilita creata cognoscat?

DE V M omnia in se, tanquam in obiecto primario, & specificatio adequato suae, libique intrinseca cognitionis, etiam quo ad aliqua obiecta extrinseca eademmet intellectus, adhuc metaphysicè, extenditur, & explicatur, constat ex proximè, ac saepius dictis, praefectim d. 2. quaestione 1. Nunc autem inquirimus, atque in sequentibus inquirimus, an non solum eo obiecti adequato specificatiui cognitionis suae, sed alio etiam titulo, vel causa, vel comprehensoris, vel aliunde, in seipso tanquam in medio creaturas cognoscat Deus: atque de possibilitibus in praesenti.

CERTAM.

CERTAMEN I.

Varia sententia affirmantium.

¹ Deum in se tanquam in medio titulo causæ vniuersalis creaturarum illa nosse vniuersissima Theologorum sententia est. Supponit Durandus in 1. d. 35. q. 1. & in 3. d. 14. quæst. 2. & in 4. d. 49. quæst. 3. atque expressè docet in 1. d. 35. quæst. 1. vbi Argentina quæst. 1. concl. 4. Capreol. quæst. 2. art. 1. concl. 1. & 2. & in 4. d. 49. quæst. 6. art. 1. & 3. vbi Sotus quæst. 3. art. 3. Bassol. qu. 4. Prologi art. 3. Godifred. quodlib. 6. quæst. 3. Ferrara 1. cont. Gent. cap. 49. & lib. 3. cont. gent. cap. 56. 59. & 60. Richard. in 4. d. 14. art. 2. quæst. 3. & 4. d. 49. art. 3. quæst. 3. Caiet. 1. p. quæst. 12. art. 8. & sequentibus Banez, & Zumel quæst. 14. art. 5. & 6. ex nostris Molina ad citat. quæst. 12. art. 8. Henriquez tom. 1. de fine hom. cap. 10. §. 2. & 3. Salas t. 1. in 1. d. 4. sect. 4. n. 38. plures viginti auctores præferens, Arrubal tom. 1. in 1. p. d. 25. cap. 3. Didacus Ruiz d. 10. de Sentent. ad sect. 2. Granad. controu. 2. tract. 2. d. 3. Albiz d. 5. sect. 12. & 16. docens Beatos possibilia in Deo præ cognitiōem tanquam in medio videre, ex Beatique ad Deum reatorum, qui data proxime pro negatiua sententia principia nostra non videntur, coniectaria doctrina est. Verum in terminis nihil de diuina cognitione possibilibus creaturarum in Deo tanquam in medio egit Arrubal, sed solum in Deo cuiusque omnipotentia tanquam cognitionis earum specie & specificatiōem vidimus d. 2. quæst. 5. cert. 2. quæst. 6. Recitatis Doctoribus consensit magna Recentiorum nostrorum, & externorum turba, etiam memorandus Herize.

² Igitur Sententia secunda fuit Herize nostri tom. 1. in 1. p. d. 1. d. 5. cap. 3. §. 1. qui non solum omnipotentia titulo Deum in se tanquam in medio possibilia creata cognoscere docuit (sicuti relati Doctores aiebant) sed titulum etiam complacentiæ de illis diuinæ, cui quoad titulum complacentiæ obstitit alij ex nostris Recentioribus, qui tamen vi consequentiæ consentire debent Recentiores Complacentes sapē à nobis memorati addunt titulum diuinæ Scientiæ, & comprehensiois possibilibus: nec dubito, quoad titulum etiam diuinæ Complacentiæ de illis Herize nostro consensuros: & hi quidem, tam pro prima, quam pro secunda sententia nominati Doctores de cognitione possibilibus à Deo in se tanquam in medio cognoscere titulo ab eis assignato secundum atomas etiam, & indiuiduas eorum possibilibus differentias aperte loquuntur, nec solum secundum rationem possibilitatis, sed non repugnantia ad existendum possibilibus omnibus communem.

³ Idcirco Henricus quodlibet 7. quæst. 4. & 5. tertiam hac in sententiam inuexisse in Scholas merito videatur. At enim essentiam Dei sub ratione, & formalitate ideæ creaturarum referri ad creaturas possibiles non in indiuiduo, sed in specie, siue secundum communem ipsius possibilitatis, seu non repugnantia rationem: quod ipsum de Omnipotentia videtur dici posse, cum de causâ exempli quoad rem hanc, non aliter atque de actiua videatur sentiendum. Propterea non longè ab hac sententia abire nonnullis fortasse videatur Vasquez noster 1. p. t. 1. d. 50. & tom. 2. d. 104. cap. 6. n. 26. vbi Omnipotentia obiectum possibilia creata, non secundum omnem ipsorum rationem, sed solum secundum rationem communem non repugnantia, siue non implicandi contradiciōem designat: ad eaque secundum eam rationem proinde diuinam Omnipotentiam referri docet: cum autem ideo solum Deo cognitionem creaturarum possibilibus in seipso, siueque omnipotentia, tanquam in medio deneget, quia ad ipsa non referretur: atque ex alia parte ad ipsa secundum eam rationem communem non repugnantia referri Omnipotentiam faceret (quod ipsum de diuina idea erit) utroque titulo cognitionem creaturarum possibilibus, secundum rationem communem non repugnantia earum videtur Deo concessurus.

⁴ Ceterum longè Vasquez nostrum ab hac Henrici

sententia abfuisse certum mihi est. Primò: quia Vasquez noster entis & non repugnantia prædicatum intimas omnes etiam indiuiduantes, & atomas entis cuiusvis differentias transcendere vbiq; constanter docet: debentque Doctores omnes fateri, si de prædicato entis realis actiui metaphysici sit sermo, vt controuers. de Trinit. d. 6. quæst. 1. & controu. metaph. de entis transcendentia fusè docuimus, et si de prædicato entis realis substantiæ, & neutre sumpti aliter sentiendum sit, atque ea solum entis realis acceptione transcendentiam entis Scorum negasse, negaturoque eius affectas esse eis locis ostendi quocirca, si realem respectum omnipotentia ad creaturas possibiles secundum rationem non repugnantia earum admitteret, ad illas secundum omnes earum differentias etiam atomas, in quibus prædicatum illud non repugnantia, vtpote omnes transcendens recognoscit referri realiter omnipotentiam admitteret: quare & possibilia etiam indiuidualiter in seipso tanquam in medio Omnipotentia, & ideæ sue titulo à Deo cognosci consequenter ad sua principia Vasquez doceret, cum autem id constans vbiq; neget: pater cum de respectu Omnipotentia ad possibiles creaturas secundum communem rationem non repugnantia non reali, sed ficto & secundum modum nostrum concipiendi fuisse locutum.

⁵ Ceterum, Henrici, vel cuiuscumque alterius: tertia hac sententia sit, secundum speciale, quod ait de relatione causæ exemplaris ideæ, vel actiue Omnipotentia diuinæ transcendentia ad possibilia secundum communem solum rationem non repugnantia, ac subinde cognitionis à Deo in se tanquam in medio eorum secundum illam præcisè rationem impugnatur primò: quia respectus, siue relatio transcendentis realis, nec solum intentionalis, & rationis præcisua ex parte sui obiecti, seu termini non est: ergo implicat terminari ad possibilia secundum communem illam rationem præcisè, non attractis eorum, etiam atomis, & indiuiduantibus differentis; alioquin enim transcendentis illa relatio realis præcisua ex parte sui termini foret. Secundo: quia realis relatio, siue respectus transcendentis causæ, siue actiue, siue exemplaris diuinæ ad creatura possibilia est potentis alterutro, vel utroque potius modo causare creaturas: ergo eo solummodo ad eas est, quo eas causare realiter potest: atqui nequit alterutro modo, vel utroque causare illas realiter Deus secundum communem illam rationem præcisè non attractis reliquis eorum, etiam indiuiduantibus, prædicatis: quia, si posset esse actio realis productiua vnius prædicati rei non productio per ipsam alio, posset vnum rei prædicatum esse absque alio rei eiusdem, quod contradicit reali eorum in re illa identitati. Tertio: quia, vt dixi, prædicatum illud non ita commune, & præcisum à differentis creaturarum possibilibus est, vt omnia eorum, etiam indiuiduantia, eorum prædicata non transcendant: quare quod eius prædicati titulo ad creaturas possibiles transcendentia realiter referretur, non potest non illas secundum prædicata omnia, etiam indiuidua realiter transcendentia realiter referri. Quarto: quia prædicata omnia, etiam indiuiduantia, rerum creaturarum possibilibus à Deo sunt tanquam à causa earum actiua, & exemplari: ergo utroque titulo realiter transcendentia realiter Deus ad omnia eorum etiam indiuiduantia prædicata referretur.

⁶ Nec præstat Recentiōem pro hac sententia (quam Vasquez nostri falso putant) meditatio, & instantia pro respectu reali transcendentia potentia ad prædicatum commune possibilibus, quin sit etiam ad prædicata eorum inferiora & particularia, quia potentia loco-motiuæ est ad motus locales, & non secundum indiuiduas cuiusque rationes, sed solum secundum superiores; alioquin cum motus localis indiuiduatio pendeat essentialiter à tempore, quo exercetur motus localis hodiernus cras fieri non poterit, neque hodie hesternus, aut crastinus: quare quotidie potentia localis variaretur. quod est paradoxum, & absurdum, sed in primis motus localis indiuiduationem à tempore essentialiter pendere falsò ac sine fundamento à patulis asseritur: & quamuis esset verum, potentiam loco-motiuam realiter suorum motuum etiam in indiuiduo respectiua per dies singulos varianda non inferretur: quia nulla potentia realis cuiusvis effectus illum

semper

semper & ubique debet posse absolute efficere, ut vera, & realis ipsius potentia sit, sed satis ad id habet, si aliquando, alicubi ipse edere possit, quia posse ut summius constat ampliatur ad omnes temporis, & loci non solum aliquando existentis, sed & possibili differentias: patetque in materia prima, quæ formarum omnium receptiva est, & tamen quamdiu unam habet reliquas, imò neque earum ullam, nequit recipere, & in eadem potentia mea loco moriæ, qua dum Matriti sum localem motum (adhuc secundum prædicata communia) nequeo Romæ exercere: quod ipsum de tempore in ea opinione dicitur rationabilis, cum maior certe, & exploratior dependentia localis motus à loco, quam à tempore sit.

7. Iam vero, si nequit Omnipotentia, & idea diuina realiter transcendentaliter ad creaturas posibles secundum prædicatum commune non repugnantia, siue possibilitatis referri, quin ad inferiora ipsorum, etiam indiuiduantia, prædicata referatur ut probatum est, atque ratione respectus huius Deus possibilia creata in se, tanquam in medio illa secundum rationem communem cognoscit: non solum secundum eam rationem, sed etiam secundum cuiusque, etiam indiuiduantia, differentias, in se tanquam in medio creata possibilia Deus procul dubio cognoscet, nec solum secundum prædicatum illud non repugnantia commune, id quod, & speciale tertiæ Henrici Sententiæ erat: & nos hic suscipimus impugnamus. Nam qua parte cum primis duobus respectum realem cuiusvis diuini prædicati ad creaturam aliquod prædicatum admittit, impugnationibus contra Superiores sententias mox subiiciendis aequè patet ut illas expendenti, atque prædicato illi communi applicanti perspicuum fiet: quia etiam parte ob cuiusmodi respectum transcendentaliter (quarentibus utraque conuenit) ad creaturas posibles aptum medium esse Deum in quo possibilia secundum id, quod in ipsis respicit, Deus ipse cognoscit, postmodum communibus utrique impugnationibus reicietur quod de possibilitate, vel impossibilitate in Deo usus medij, ad aliud cognoscendum.

8. Sed aduertendum tandem est ex doctoribus, qui Deum in sua Omnipotentia, aliove intrinseco prædicato ex memoratis, tanquam in medio, creaturas posibles cognoscere affirmant, per eosque suam hanc conclusionem à respectu, siue relatione reali transcendentali prædicati illius diuini ad creaturas, ratione cuius medium, in quo creaturas cognoscit sibi ipsi Deus sit pendere omnino velle: in his vero nonnulli eo etiam transcendentali respectu ad creaturas posibles ab omni prædicato diuino prorsus relegantes, nihilominus in se, tanquam in medio, creaturas posibles à Deo cognosci contendunt. Hi vero sunt. Arrubal. d. 30. cap. 2. & 3. Herize disput. 5. cap. 3. numer. 19. Albiz d. 5. section. 4. numero 39. qui Deum vndique à creaturis possibili omnino absolutam, tanquam à termino etiam, independentem asserente nihilominus Deum in se tanquam in medio creaturas cognoscere defendunt ut vidimus numero 1. His adnumeratur d. 30. metaphys. sect. 15. num. 26. Deum omnino absolutum à possibili creaturis earumve possibilitate docens, & tamen ipso tanquam in medio possibilia cognosci à Deo facit, tanquam de independentia Dei, & absolute Dei à possibilitate creaturarum nescio qua fide referatur, Soarez oppositum toties ex instituto docens. Adnumerandus etiam his venit Ruiz de Montoia, qui, etsi Deum transcendentaliter respectuum creaturarum ipsiusque reipsa connexionem esse defendat d. 5. de Scientia section. 2. & d. 10. sect. 4. numero 10. & section. 5. numero 9. tamen sect. 4. eadem ex eo respectu cognitionem creaturarum à Deo in seipso tanquam in medio à se citato loco assertam pendere nolit, sicut Recentiores Complutenses memorati pendere nullatenus voluerunt.

CERTAMEN II.

Deum nullius prædicati diuini titulo creatura possibilia in se tanquam in medio nosse iuxta aduersariorum modum primum.

1. Conclusio contra duplicem modum defendendi eius contradictorium statuenda est: & primo contra modum primum communiorum: nempe, quia Deus respectibus realiter transcendentaliter est creaturarum possibilem ratione omnipotentia suæ, vel alterius cuiuspiam sui prædicati, & sui cognitione ad illas cognoscendas necessitatio determinetur. Secundo vero contra modum secundum aliorum, qui affirmatiuum, conclusionem nostræ huic negatiue aduersam, independentem à respectu reali transcendentali Dei ad creaturas, connexionem ipsius (quouis titulo) cum illis defendunt memorati quæ à nobis sunt certam. 1. n. 8. ceterum præsentem conclusionem nostram vniuersim defendunt ex patris Theologis Sanctus Bonaventura in 1. d. 35. art. 1. q. 1. Gabriel. art. 1. concl. 2. Okam qu. 3. Scotus qu. 1. §. Ad ista, quos duces utraque Scotica, & Nominalis Schola sectatur: ex nostra verò Valquez d. 60. c. 2. & d. 50. de visione creaturarum à Beatis in verbo disputans, Becan. tract. 1. cap. 10. qu. 4. à n. 8. Alarcon. d. 2. c. 3. Arrubal. d. 30. & 31. Magnus meus Magister Didacus Daza manuscripto de Scientia d. 1. Conclusionem hanc summo ingenio suo (ut reliquas asserit suas) illustrans demum, non admodum recentibus notis huius Tolætanæ Prouinciæ Magistris Dalquianis, plurimum, fuit constans sententia, & communis.

2. Iuxta primum igitur, & communem aduersæ conclusionis tuendæ modum probatur conclusio primosque, iuxta illum, eatenus solum Deus medium in quo cognoscendi creaturas posibles sibi ipsi esse potest, quatenus aliquod eius prædicatum intrinsecum realiter respectum transcendentaliter est creaturarum possibilem, conexumve essentia sua cum illis: alioquin Deo omnino intrinsecum realiter transcendentaliter respectum creaturarum possibilem essentia sua conexum cum illis est: ergo nec Deus medium in quo cognoscendi creaturas posibles vllatenus sibi ipsi esse potest. Discursus est legitimus. Maior ipsissimum aduersariorum, in hoc primo modo, fundamentum, ut fere hic, & conclusionem primam. Minor probatur, ut fere hic, & controu. 1. & controu. de Trinitate à nobis datis: Etenim quidquid Deo intrinsecum est summæ, maiorisque longè est, imò infinite maioris necessitatis, quam possibilia creata, siue eorum possibilitas: atqui, si aliquid Deo intrinsecum realiter transcendentaliter respectum creaturarum possibilem esset, summæ longèque, & infinite maioris necessitatis, quam creata possibilia, siue eorum possibilitas minime foret: ergo nil intrinsecum in Deo realiter transcendentaliter respectum creaturarum possibilem, ipsive essentia, & entitate sua conexum est.

3. Maior huius etiam syllogismi ostensa à nobis ex instituto, & rationibus, & exemplis maiori necessitatis, & certitudinis in veritate assensus fidei, quam in veritate conclusionis euidentis ex necessariis principiis euidentibus, etiam per se notis, vel altero euidenti, altero de fide deductæ: item ex maiori necessitate, & euidentia principiorum demonstrationis cuiusvis, quam Conclusionis ex ipsis demonstratæ iuxta Aristotelicum prologium. Propter quod unumquodque tale, & illud magis: aliisque exemplis plurimis: quæ idcirco otiose in præsentiarum, superflueque repetentur: sicut, & responsio ad instantiam (cui contra maiorem huius constantiam in primis Complutenses memorati fere recentiores si debeant) de veritate, quæ maior vna quam alia esse nequit: id enim, quo id probatur, (nempe veritatem in indiuisibili, & prorsus adæquata conformitate iudicij cum obiecto iudicatio consistere) instantiæ debilitatem probat.

est enim ab indivisibili, & quod nec magis, nec minus proinde suscipit, ad id quod magis, & minus recipit, consequentiam ducere. Minor ex terminis & obvis exemplis mille patet: quod enim realiter transcendentaliter respectum alterius, ipsique essentia sua connexum est, altero deficiente, & illud deficere necesse est: etenim, ex eo, quod deficiente altero illud periret, huius cum altero realis inconnexio, ac negatio respectus transcendentalis realis ad alterum euidenter atque indubitato demonstratur: quare implicat realiter transcendentaliter respectum alterius, ipsique essentia sua connexum, maioris constantia, & necessitatis esse quam illud.

4. Patet in actione transcendentaliter relata ad terminum, essentiaque sua illi connexa; quæ proinde absque suo termino, nequit consistere: ac subinde neque maioris necessitatis esse, quam ipsum. Patet secundum in modis omnibus realibus eorum, quorum modi sunt, realiter transcendentaliter respectui, atque illis essentia sua connexis, & affixis, quique proinde rebus deficientibus consistere non possunt: igitur, & euidenter ratione, & aperiuntur exemplis frequentibus innumeris minoris postremi syllogismi evincitur: nimirum, si aliquid Deo intrinsicè realiter transcendentaliter respectum creatorum possibilibus, ipsique subinde essentia sua connexum esset, maioris necessitatis, quam creata possibilia, eorumque possibilitas minime fore: unde inferretur coram, Vaquez nosse, & contra Suarium nostrum, aduersæ opinionis Patronum accerrimum, repugnantem similis cauda Deum quoque repugnantem, (cui Suarius præ sua pietate respondebat, rogans, ut in nobilitati macerata illusionem formaret, quam non facere non poterat: sicuti, neque has huius sententia Doctores possunt diffidere: ergo repugnantem, vel palce, vel cinipe, vel culice vna repugnet Deus, excomandus sane culice ite semper mihi in Dei nostri oblationem visus est, ne degustamus camelum.

5. Probatur secundo contra hunc primum modum conclusio. Admissio etiam Deum, siue omnipotentia, siue alterius cuiusvis diuini prædicati titulo creaturarum possibilibus realiter transcendentaliter respectum, ipsique essentia sua connexum esse, non inde inferretur medium sibi ipsi esse, quo possibilia creata cognoscatur: imò vero inferretur non posse esse medium in quo possibilia cognoscatur creata. Probatur de ratione medijs, in quo aliud cognosci potest, omnino est, ut præcognoscatur, siue præcognoscatur aliquomodo, atque ex eo sic præcognito, præuisione determinetur cognoscens ad alterius cognitionem, siue eadem, siue diuersa cognitione, de quo modo non disputo: ergo si cuiusmodi præcognitio respectu cognitionis alterius obiecti repugnet, repugnet etiam esse medium in quo illud alterum cognoscatur: consequentia est legitima. Antecedens est aduersariorum doctrina, & de se patet, id enim quod cognitum determinat cognitionem, siue ad cognitionem alterius necessario præcedit præcognitum ad cognitionem: illius si enim non ita præcedit vero aliquo sensu, etsi eadem cognitione vtrumque simul necessario cognoscatur, simul necessario vtrumque cognoscatur, quin vnum in alio tanquam in medio cognoscatur: quare, etsi non possit non cognosci cum illo, non poterit cognosci in illo, ni huius cognitio, alterius cognitionem aliquomodo antecedit.

Quocirca valde decepti sunt Doctores, tum nostræ, tum aduersæ Conclusionis: qui ex necessitate simultaneæ cognitionis duplicis extremi alterum esse medium in quo alterum cognoscatur, & ad alterius cognitionem determinatum concordantes admittunt; cum tamen ex eo non sit præcisè maior ratio cur vnum potius, quam alterum ad alterius cognitionem determinet, sitque medium, in quo alterum, & non è contra cognoscatur: & sane cum triplex sit modus cognoscendi plura, quorum nullum sine alio cognosci queat: nempe, vel cum alio, vel in alio, vel ex alio: & necessitas simultaneæ cognitionis vtriusque sit necessitas solum cognoscendi vnum cum alio, qui rationem medijs in quo aliud cognoscatur in sola necessitate simultaneæ cognitionis vnijs, qua mens ad cognitionem alterius determinetur, necessitatem cognoscendi simul vtrumque, seu vnum cum alio, sine cuius cognitione cognosci nequit, cum necessitate cognitionis vnijs in alio falsè confundunt, & subinde vnijs in alio, &

Christi. iph. de Origen. de Deo Pno. Tomus I.

vnijs cum alio cognitiones, imò verò & cum his confundunt etiam cognitionem vnijs ex alio: siquidem medium in quo, à medio ex quo alterum cognoscitur, quoad vim motuam intentionalem vnijs ad cognitionem alterius minime differunt, sed solum quoad diuersitatem cognitionum medijs, & cognitionis alterius obiecti ex medio illo deductæ, ut communiter putatur: quare nulla alia necessitas cognoscendi vnum in alio, vel ex alio admitti ab his potest, nisi ultra necessitatem cognoscendi simul vtrumque, præcedentia aequalis cognitionis alterius ad cognitionem illius, quod in ipso, tanquam in medio cognoscitur, admittatur, quam denique probat intentionalis motio medijs determinans, ut cogniti, ad cognitionem alterius quod in illo cognoscitur: eademque est, ut diximus, in medio in quo, atque in medio ex quo alterum illud cognoscitur. Quæ obiecti possunt, diluam q. s. ceteri, ubi iterum hæc sensus, firmiusque stabiliam.

7. Eo igitur antecedenti, & legitimitate consequentiæ statutus pergit discursus in hunc modum cui repugnat præcognitio, siue aequalis præcedentia cognitionis ad cognitionem alterius, repugnat ratio medijs in quo cognoscatur illud alterum: a quo relatiuis omnibus, quæ talibus repugnat præcognitio siue præcedentia cognitionis vnijs ad cognitionem alterius: ergo relatiuis, quæ talibus repugnat ratio medijs in quo alterum cognoscatur. Minor (quæ sola probationem desiderat) suadetur: quia relatiua quæ talia debent necessario simul cognosci, ac proinde simul non solum natura, sed & cognitione dicuntur esse ab Aristotele, & Philoophis: & ratio est: quia cum relationis, seu relatiui, quæ talis totum esse sit ad aliud esse, nequit eius esse cognosci, nisi ad aliud cognoscatur, quod absque alius cognitione, & fors præcognitione fieri nequit. Tum sic: sed in iis, quæ simul cognitione necessario sunt, repugnat vnijs præcognitio, seu præcedentia cognitionis respectu cognitionis alterius: ergo relatiuis, quæ talibus repugnat præcognitio siue præcedentia cognitionis respectu cognitionis alterius, nempe sui termini. Unde legitime inferitur respectum siue relationem realem transcendentali Dei ad creaturas, eiusque cum ipsis connexionem intrinsecam primi modi doctoribus modo permissam, non euincere in Deo rationem medijs, in quo vel ipse, vel alius ipsum videns creata possibilia cognoscatur, sed oppositum potius concludere. Nempe eius respectus titulo medijs, in quo possibilia cognoscantur rationem Deo repugnare.

8. Ob hoc argumentum Soarius, oppositæ sententiæ cum primis Patronus, noluit eius veritatem à respectu transcendentali Dei ad creata possibilia pendere cum citato loco tom. I. in 3. p. d. 27. sect. 1. §. secundus modus, ex quo potius oppositam sententiam euertere videbat. Sed dices: proloquium illud de relatiuis, quod scilicet necessario simul cognitione sunt, non de relatiuis transcendentaliter, & entitatie ac essentia sua connexis, sed de relatiuis prædicamentali in intelligi solum debere. Præuenit tamen solutionem Soarius loco ultimo citatus, (quem nobis familiares Murciani Recentiores satis docti, & ingeniosi imitantur) dicens: relatiua transcendentaliter, quoad modum cognitionis, relatiuorum prædicamentali naturam inducere: id quod certissimum est: etenim, quoad respectum sui termini essentialem (vnde relatiuis prædicamentali, quæ talibus, simultaneæ cognitionis necessitas obuenit) æquale relatiua transcendentaliter relatiuis prædicamentali sunt: solumque in eo differunt, quod relatiua prædicamentali ex accidenti relata sunt; relatiua verò transcendentaliter non ex accidenti, sed entitate, & essentia sua sunt relata, & ad aliud; quare, sicut illa secundum relationis ipsius in suo esse constitutis accidens, simul esse, & cognosci cum suo termino necessario debent, neque, quæ talia, prius suo termino esse, cognosci possunt; ita transcendentaliter relata entitate, & essentia sua simul cum suo termino, in eo statu, quo eius transcendentalis respectus terminus est, esse cognoscique necessario debent, quin prius illo esse, cognosciue vquam valeant.

9. Dices tandem: argumentum hoc sophisma fallax inde conuinci: quod omne medium cognoscendi vnum in alio, vel ex alio nobis prorsus è medio tollat: etenim vis medijs omnis, in quo vel ex quo aliud à nobis cognoscatur, vtriusque connexioni vnijs innotuit, & necessitate coexistentia

coexistentia, siue existentia simultanea extremorum, seu medij cum extremo, ita ut alterum siue altero esse repugnet: ex hoc autem rationem medij impediri, abolerique argumentum contendit, & probat, si quid probat. Verum responderetur facile primo: connexionem medij cum extremis, in qua vis tota inferendi syllogistica fundatur, & nititur, non esse connexionem realem, siue respectum transcendentem realem medij ad extrema, seu cum extremis, sed metaphysicam, seu logicam, rationisque totam: est enim connexio identitatis medij, & extremorum inter sese, connexio autem identitatis, realis connexio, aut respectus esse non potest; siquidem eiusdem ad seipsum realis, ac non fictus, pureque rationis, esse nequit. Quod autem connexio terminorum, cui tota vis syllogistica ad inferendum vnum ex alio, tanquam medio connexio identitatis extremorum sit, constat: quia in praemissis identitas extremorum cum medio asseritur, indeque deducitur extremorum identitas in conclusione.

10. Fateri tamen oportet ex connexionem physica, & transcendentali respectus vnius ad aliud quandoque ad syllogismos propositionibus in materia necessaria efformandos connexionem identitatis extremorum cum medio, cui vis syllogistica proximè, & formaliter innititur, indagari à nobis, & deprehendi; atque eiusmodi connexionem physicam à nobis cognoscendam esse primò, ut inde connexionem illam identitatis extremorum venemur, ac deprehendamus: tuncque solum cognosci necessitatem simultaneae existentiae physicae, & realiter connexorum, siue realiter transcendentem respectuorum; quia id solum nosse ad connexionem identitatis extremorum, quae formae, & virtuti illarum syllogisticè proximè & formaliter subterruit, satis nobis est. An verò prima illa cognitio connexorum, realiterque respectuorum alterius in altero tanquam medio à nobis habeatur parui ad rem praesentem refert: quandoquidem à nobis ea per species alias, & abstractiva cognitionem habetur, ex qua ad visionis, & intuitivam cognitionem, quam de se Deus, suoque transcendentali reali respectu ad creatura possibiles nulla esse potest legitima illatio. Visionem igitur intuitivam respectu sui transcendentem ad creaturas possibiles physicaeque connexionis Dei cum illis, absque simultanea, ut minimum, naturae simultaneae, cognitione sui terminat, nempe possibilitatem creaturarum constare esse non posse: quare nec posse esse sibi ipsis mediati in quo illas cognoscat, ut proximo argumento ostendebamus.

11. An verò necessario simultanea de termino transcendentem reali sui respectus & physicae cognitionis, modo à nobis permittat, cognitio intuitiva, an abstractiva solum esse in Deo debere: fortasse percontaris. Respondere quoque innituiam in ea hypothesi Dei de sui respectus, & connexionis termino, nempe creaturis possibilibus necessario fore: tum è Dei illas cognoscentis perfectione in genere cognoscentis summa, tum quia cum eas non cognosceret in se tanquam in medio, ut ostendimus argumento proximo, sed in ipsis cognosceret, unde abstractiva ac non intuitiva earum cognitio esset, non haberet. Denique an eo respectu reali transcendentem Dei ad creatura possibilia admisso (ex quo medium in quo ipsa cognoscitur cum intuitu Dei esse non potest, ob impossibilitatem praecedentem creaturarum possibilitatem necessitatemque simultaneae, ut minimum simulare naturae, cognitionis termini cum relato transcendentem ad ipsum cognitio simultanea possibilitum Beatorum Deum intuitibus intuitiva etiam foret, an sufficeret abstractiva, etsi non ex Deo, ut medio physico, sed aliunde habita? ad rem praesentem non facit alterutro modo respondeatur. Nec rem firmam aliquid pro altero determinatè asserendo nobis occurrit. Cum nec beatitudinis perfectio obiectorum aliorum à Deo abstractivam in ipsis cognitionem detrectet; neque opus videatur ad eius relationis, quae diversa entitativè à suo termino dubio procul esset, visionem terminura quoque videri, sed satis fore videatur, utrumque simul cognosci.

CERTAMEN III

Secundus modus dicendi affirmantem nostrae adversam sententiam independentem à respectu transcendentali Dei ad creaturas reicitur.

1. Secundus modus tuendi affirmativum, negativum nostrae adversam, independentem à respectu transcendentem Omnipotentem ad creaturas possibiles ob eminentialem earum omnium continentiam in illa (Quod ipsa de continentia eminenti intentionali, & representationis earum in Scientia & beneplacito diuino dicendum est) dem doctoribus est) sic impugno, de ratione medi in quo aliquid cognoscitur, est determinare intentionali suam motionem intellectus determinatè cognitione sui ad cognitionem alterius; sed quod indifferens est ad coexistentiam cum illo altero, vel eius contradictorio cognoscatur, cum illo, vel eius negatione coniungatur, nequit determinare intentionali suam motionem intellectus ad cognitionem alterius determinatè, potiusquam oppositi: ergo, quod est ita indifferens nequit esse medium, in quo alterum determinatè praeter eius contradictorio cognoscatur. Tum si id Omnipotentia absoluta, nec transcendentem respectum creaturarum, neque ipsa inconnexa cum illis, est indifferens de se ad coexistentiam, siue, ut coniungatur cum creaturis possibilibus earumque possibilitate, vel cum earum impossibilitate, & repugnantia, etsi eas omnes eminentem continet, ergo ita absoluta ab illis, & inconnexa re ipsa omnipotentia, (& diuina alia) etsi eas omnes eminentem continet, nequit esse medium, in quo illas, earumque possibilitatem, praeter impossibilitate cognoscatur. Discutitur est legitimus, ac, si praemissa vtriusque syllogismi constent, rem prius euincens: subsumptum autem ad illationem postremam euincens est: siquidem nihil aliud est Omnipotentiam (& diuina reliqua) omnia eminentem continentem possibilia, ab eis absolutam, neque ipsa inconnexam transcendentem cum eorum possibilitate esse, quam de se acque entitate sua esse indifferens, ut coexistat, siue coniungatur cum eorum possibilitate, vel cum eorum impossibilitate, & repugnantia: atque eis omnibus implicantibus aequè, eandemque permittam, quae modo non implicantibus permittit.

2. Maior syllogismi primi est medij, in quo aliud cognoscitur, definitio. Minor autem, me, & alius etiam iudicibus euincens: etenim, etsi à principio indifferenti possit esse libera determinatio, determinatè ad vnum potius, quam ad eius oppositum, ut patet in Deo, & creati arbitrij liberis determinationibus proximè à principio indifferenti conceptis, & exercitiis; est à principio naturali, naturaliterque, ac non liberè se determinanti, si indifferens ad vtrumque de se, naturaeque, & entitativè sua sit, nequit ad alterum extremum potius, quam ad eius oppositum determinatio procedere: siue realiter, siue intentionaliter actuum, vel motuum principium illud sit: quia nimirum in naturaliter, ac non liberè actiui, vel motui principij determinatione exercitiij, & motiui in actu secundo ex determinatione principij in actu primo ad vnum determinatè praeter alio exercitiui & motiui in actu secundo debet pronuntiare; ut propterea statum principij, & dignitas apud Philosophos sit naturam (id est naturalia agentia naturaliter operantia, vel operantia) determinatam esse ad vnum: secundo ex rebus omnibus non connexis entitativè, seu entitativè sua cum aliis, sed ab illis re ipsa absolutis; quae idcirco media, in quibus alia illa cognoscuntur esse nequeunt finem, aliam cedo nobis causam, cur symia in quo physichus cognoscatur, aut ego, in quo cognoscatur Alexander Papa Septimus, media esse non possumus, nisi, quod natura, & entitativè nostra illam ad physichum existantiam, eiusve negationem; ego verò ad negationem, vel existentiam Alexandri septimi indifferens sumus, & cum alterutro coniungibiles.

3. Probatum inde negatiua sententia secundo: quia,

Deus secundum omnia sua prædicata, iuxta secundum hunc modum absolutum à creaturarum possibilitate, statuitur, & maioris necessitatis, quam creatorum possibilitatis, inferitur, Scientiam Dei in se, ut medio de possibilitibus non esse summè, & digne Deo infallibilem, neque eius veritatem maioris necessitatis, & constanti esse, quam sit creatorum possibilitas: id quod & absurdum de se est, & suppositioni aduersariorum de independentia, & absoluteione cuiusvis prædicati diuini à respectu transcendentali ad possibilis, realique connexionem cum ipsis aperte repugnat: siquidem Scientia diuina, quæ in sui, suæque veritatis intrinseca constantia à possibilitate creaturarum ita pendet, ut hac sublimata, & ipsa eiusque intrinseca veritas nusquam sit permixtura, dubio procul essentia sua connexa re ipsa cum eorum possibilitate est, eamque realiter transcendentaliter respicit: quidquid enim essentia, & entitate sua absolutum transcendentaliter ab alio, ipsique inconuenientem propter se ipsa est, alio sublato periret: quoniam nec vnde euidens vnus realis transcendentalis respectus ad aliud, entitativæ cum ipso connexionis demonstratur, quam ex destructione vnus ad sublationem alterius.

4. Illationem illam de præiudicio infallibilitatis digne Deo Scientie Dei de possibilitibus in seipso, tanquam in medio, omnino à creatorum possibilitate absolute: sic probat: etenim Deus ita omnino à creatorum possibilitate absolutus medium naturale, ac ad eorum cognitionem ducens erit, nec libere ad ea cognoscenda intentionaliter mouens, ut patet, ac per se notum, cum aduersariis est: quæ quantum in se manserit ad illa cognoscenda æque Deum ducet, naturaliterque, & necessario intentionaliter mouebit; aut maneret in se, etiam per impossibile creatorum possibilitas repugnet, cum ab eius per hocce reali transcendentali respectu sit omnino abiotus, & eique propter se ipsa per hos doctores inconnexus: ergo, si creatorum possibilitas repugnet Scientie Dei in se tanquam in medio de creatorum possibilitate falsa foret: ergo eius infallibilitas, & veritatis constantia pendet à possibilitate creaturarum, nec est ab ea absoluta contra huius secundum modi suppositionem: siquidem eius de eorum possibilitate, & Scientie & intrinsece illi veritatis constantia, & permanentia à possibilitate creaturarum omnino dependet. Pergo inde: ergo Scientia Dei ita creatorum possibilitate absoluti, de possibilitate creatorum in seipso, tanquam in medio, non est digne Deo infallibilis, siue necessitatis, & constantia dignæ Deo in sui veritate. Patet: quia, cum pendat eius infallibilitas, & veritatis sue necessitas, & constantia ab infallibilitate, & necessitate, ac constantia possibilitatis creatorum, maior, quam huius infallibilitas constantia, & necessitas, quare & digna Deo, esse non poterit.

5. Vtrique argumento respondet (qui omnia in re Theologica vidit, & præiudit) Ruiz de Scientia citata §. 24. section. 3. & 4. numero 15. de futurum à Deo in sua Omnipotentia, & idea cognitione agens, quod nos de possibilitibus à Deo in se tanquam medio cognitione intenes adhuc, pro aduersariis meditati sumus, & impugnauimus. Nempe Dei Omnipotentiam (& idem est de Scientia comprehensua, & complacentia de possibilitibus proportionem seruata) esse potentiam de se non repugnantiam, siue omnium, si vel eam quo non repugnet: quare posita absolute non repugnantia creaturarum eademmet, quæ quasi conditionata illarum potentia, & continentia eminentialis actiua erat, purificata conditione possibilitatis creaturarum in particulari, (quæ, ut absoluta potentia, & continentia actiua illarum determinat, & in particulari effectus, indigebat) illarum determinat, & determinata potentia est. Cum autem earum Omnipotentia Deo intrinseca medium determinat, & absolute determinans ad cognitionem possibilium in particulari sit, quatenus eorum in particulari absoluta potentia, & actiua eminentialis continentia est, eademmet, quæ pro priori ad creatorum possibilitatem medium solum quasi conditionatum ad creatura possibilis cognoscenda

Christoph. de Orreaga, de Deo Vno, Tomus I.

ratione similis conditionate continentie erat, nec magis determinat seu determinans medium ad illarum determinat cognitionem, purificata conditione possibilitatis illorum in particulari medium absolutum determinat, & determinans ad eorum cognitionem Deo erit: ita, ut, sicut absoluta possibilitas entitativa creatorum conditio est, sine qua non, absolute continentie earum eminentialis actiua, siue omnipotentie absolute earum in genere entis, sic etiam absoluta earum veritas, & cognoscibilitas obiectiua possibilitatis absolute earum comes, sit conditio, sine qua non, rationis absolute mediæ, ob quam in omnipotentia eadem absolute continentur in genere veri, & obiectiue cognoscibilis. Et hanc quidem solutionem arripuerunt ingeniosi Recentiores sæpè memorati Complutenses, & Murciani ex nostris.

6. Fateor acumen solutionis, quam exemplis ex humanis, & diuinis sic olim illustrabam: ex humanis siquidem, & nostre voluntatis decretum, & votum conditionatum abique vlla sui intrinseca variatione idem, ipsique sola conditionis purificatione transire in absolutum à Theologis communiter dicitur, solaque ut absolutum sit idemmet, quod conditionatum pro priori erat, purificatione conditionis, tanquam conditione, sine qua non eget, quod ipsum in decretis conditionatis ex parte obiecti diuinis, ut transseant in absoluta vlla venit. Secundum exemplum pure diuinum, & ad rem præsentem accommodatissimum, ex scientia Dei de eisdem possibilitibus desumitur: etenim eademmet adhuc formaliter inuariata Dei scientia, quæ pro priori ad creatorum possibilitatem Dei absoluta cognitio & representatio formalis tantum erat, creatorum vero possibilitum conditionata solum formalis representatio, sola possibilitatis eorum absolute positione, & purificatione conditionis absolute earum representatio est: quia eorum absolute veritas, & obiectiua cognoscibilitas supponi necessaria debet, ut absolute cognoscantur: ac proinde conditio, sine qua non, est, ut scientia Dei, pro priori conditionata solum de ipsis, eademmet inuariata, quoad intrinsecum in absolutum transeat, atque ad ea formaliter representanda prosiliat, atque explicetur.

7. Cæterum, neque his illustrata exemplis solutio argumentorum difficultatem euacuat, contra primo: quia, vel absoluta omnipotentia, vel actiua eminentia & continentia absoluta possibilitum in ipsa, quoad intrinsecum sui indiget possibilitate absolute ipsorum, vel non eget? si postremum, ergo absoluta potentia, & continentia eminentialis actiua omnipotentie erga possibilis in particulari quoad intrinsecum indifferens est, ut coexistat, & coniungatur cum possibilitate, vel repugnantia eorum in particulari: ac proinde absolute illorum in particulari possibilitate esse quoad intrinsecum, poterit: vnde nec poterit esse medium, quoad intrinsecum sui, omnipotentia cognita ad eorum in particulari possibilitatem determinat inferendam, nec Scientia Dei de possibilitibus in particulari habita in omnipotentia, tanquam in medio, erit infallibilis diuina. Si autem omnipotentia, & actiua eorum in particulari eminentialis continentia absolute, quoad sui intrinsecum, illorum in particulari absolute non repugnantia, & possibilitate eget, ita, ut abique ea esse non possit: ergo omnipotentia absolute possibilitum in particulari à creatoris absolute dependens, & re ipsa necessario connexa contra huiusmodi secundum suppositionem est.

8. Confirmatur & explicatur impugnatio: quia, vel expositione possibilitatis absolute possibilitum in particulari, Deo extrinsece suboritur intrinsece in Dei Omnipotentia aliquid, quo ipsa determinetur à Deo existendum necessario cum ad illorum absolute possibilitate, & non cum eorum repugnantia, vel non: si postremum: æque inepta est posita etiam illorum absolute possibilitate, ut medium sit determinans ad possibilis in particulari cognoscenda, seu iudicanda, & infallibilitatem Deo dignam Scientie diuine in ipsa, tanquam medio habita, atque pro priori ad possibilium

Y u 2

possibile in particulari absolutam positionem: si primum: iam aliquid Deo intrinsecum ex creaturis possibile Deo adnascetur, & augetur, (quod absurdissimum de de se est) ac insuper aliquid Deo intrinsecum realiter transcendentaliter creaturarum possibile respectuum, ipsiusque entitate sua connexum erit contra aduersarium, ut dixi suppositionem.

9. Vrgeo: vis illatiua, seu determinatiua medij ex cognitione sui ad cognitionem alterius in ipso per eandem, vel ex ipso per diuersam cognitionem, nequit adnasci medio ex alterius in ipso vel ex ipso extrinseca positione; alioqui, non ex vi medij seu, in, vel ex medio alterum cognosceretur, sed contra potius ex hoc altero medium cognosceretur, dicique aequa facilitate posset assensum conclusionis ad pramissarum assensum posse supponi, quod est implicatorium. Quod si dicasi vim quidem determinatiuam in actu primo Omnipotentia ad iudicium possibilem de possibilitate in particulari intrinsecam, atque omnino independentem a possibilitate esse: fecus autem determinationem in actu secundo, siue eius determinatiue virtutis exercitium, quod a possibilitatis extrinseca positione, tanquam a conditione necessaria dependet: Contra est: quia eadem facilitate dicam quamvis creaturarum posse esse medium in quo, & ex quo cognitionis cuiusvis alterius creatura, quantumvis ab ipsa distat, & disparat: quia aequa facilitate dicam: in quavis creatura esse vim intrinsecam determinatiuam in actu primo ad cognitionem, & iudicium de altera, quantumvis distat, & disparat: Ceterum exercitium determinandi ad eius iudicium ab eius extrinseca positione pendere, vide solutionem, & doctrina hac totam inuerti philosophiam, & enerti.

10. Iam exempla illa de nostris voto, & decretis ex parte obiecti conditionis physice loquendo falsum est eadem inuariata intrinsece sola conditionis purificatione in absoluta transire; et moraliter, & quoad obligationem in absoluta transire, & absoluta alia decreta inferant, ni antea rescisa, & retracta sint, ut absolute id, quod vel volumus, vel decreuimus, apponamus. De similibus vero decretis diuinis, etiam coartum diuersitas nequeat physica esse, sicut nec secundum exempli de scientia Dei de possibilitibus, alique Deo extrinsecis obiectis petiti (quo video Soarium supra vium) difficultatem nostrorum argumentorum non emolli: in primis enim obiectuum veritatem obiecti pure materialis, & terminatiui solum ad exercitium suae cognitionis supponi debere commune Philosophis est: et diuinae Scientiae ob omnimodam a creatis independentiam creata obiecta vera causalitate non praecedant, sed totam eius representationem simpliciter pertermini, etiam extrinseci, denegationem formaliter est, a Deo ipso tanquam intentionali principio, & obiecto formali primario, & specificatiuo adaequato e suo genere, iidem infinitis supponant. Vnde creatis obiectis nullum, vel illam specificandi, vel mouendi intentionaliter, tanquam media motiuae superesse locum docuimus; at vero virtutem medij determinatiuam naturalem ad cognitionem termini, vel in actu primo, vel in exercitio a termini ipsius positione pendere diuersissimum est, atque Philosophis, & Theologis inaudium: imo totius Philosophiae euersum, & inuersum: quare ab vno ad aliud paritas disparat.

11. Et quamvis aptior paritas virtutis foret, atque scientiae exemplum rei praesentis prorsus aptari videretur; non statim similis dependentia, vel virtutis determinatiue medij ad cognitionem alterius vel exercitij eius ab alterius illius positione admittenda esset: siquidem in Scientia diuina ad extrinseca obiecta extensione absque vilo suae intrinsecae representationis augmento, solaque extrinseca ipsorum positione admittenda, mysterium est, in quod e Dei intrinseca immutabilitate, atque a creatis independentia, & fide, & euentibus rationibus nuper tractatis notissima agitur; quod non ad alia transmittendum, ubi nec fides, nec rationis euentia cogat, ne tota Theologia mysterium sit. Cum autem perspicuum ex dictis sit rationes, & fidem ad

extendendum huc diuinae Scientiae mysterium non adesse; quia potius huic extensioni rationem valide aduersari: et nihil amplius, quam in exemplo scientiae in ratione medij reperiretur, admitti in hoc mysterium simile nec deberet, nec posset: & quidem in sententia Soarij, qui hoc exemplo citata d. 30. metaphysic. section. 17. numero 47. Omnipotentia, est a voluntate formaliter distinguatur, fecus a Dei essentia, quam in Dei cognitione formaliter constituit; aut Dei Scientia formaliter, qua talis non est medium in eius sententia in quo creatura a Deo cognoscatur, sed formalis earum representatio: ergo, nec omnipotentia formaliter, qua talis, est medium Deo cognoscendi creaturas, sed earum formalis cognitio. Nec refert, ut directe sumptam, & ut obiectum reflexe cognitum, cognitionem, quae omnipotentia est, medium Deo esse, in quo creata possibilia cognoscat. Primo enim cognitionem reflexam cognitionis suae in Deo a directa sui cognitione nullatenus, formaliter adhuc, distat Soarij doctrina est. Secundo: quia per ipsum Soarium, & omnes, est visio Dei intuitiva repraesentat formaliter Beatis Deum, sicuti est (trinum scilicet, & vnum) non tamen itam reflexe cognita, ut medium, Deum trinum & vnum repraesentat: ac proinde ex clara Dei visione nemo Beatus abstractiuam euidencem, nolum inuitiuam, Trinitatis cognitionem, tanquam ex medio teste etiam eodem Soario deducit: ergo nec Scientia Dei reflexe cognita Deum ducit ad cognitionem creaturarum tanquam in medio: maxime, quia pro eo priori creaturarum formalis representatio non est, nequamque cum illis est connexa: visio autem Beati Dei trini, & vnus, siue Trinitatis, formalis representatio est illique re ipsa, & entitate sua connexa.

12. Sed explicare oportet quid omnipotentia absolute & pro priori ad possibilitatis creaturarum positionem sit, quidque pro statu huius positionis illi accedat, ut potentia producenti determinate has creaturas possibiles sit, & absolute dicatur in verosimilitudine sententia, quae omnipotentiam iuxta secundum hunc modum in respectum, & in connexionem transcendentaliter, prorsusque a creatis possibilitibus, (sicut, & diuina reliqua) quoad intrinsecum sui absolutam constituit: & quidem, pro priori illo, Omnipotentia nil creatum possibile, seu non repugnans non solum in particulari, sed neque secundum praxicatum commune non repugnantia realiter transcendentaliter respicit ipse essentia, & entitate sua connexionem est, ut vidimus certam. 1. a numero 5. est a nobis sine respectu ad illud praxicatum commune non repugnantia, seu possibilitatis concipi nequeat: quare & illius secundum dici, ut aiam, non autem secundum esse, respectu, & relatiua omnipotentia sit, ut conditionate ex parte termini commode ad nostrum caput explicetur: id est potentia productiua omnium, si non repugnent, quamdiu in nullo non repugnantia, siue absolute possibilitatis non intelligitur purificata conditio: cum vero purificata pro posteriori possibilitatis, & non repugnantia absolute creaturarum conditio in vnaqueque earum deprehenditur illarum determinate actiua potentia est, non quidem determinatione, quin intrinsecus eius virtutis ex absolute rerum possibilitate adnascatur, & accedat, ut ostendimus, sed termini sui extrinseci determinatione positione ad possibilitatem, quam pro priori signo Omnipotentiae non habebat.

13. Quare potentiae actiuae absolute determinatae possibilitum in particulari denominatio prorsus extrinseca diuina Omnipotentiae est, ab extrinseca eorum positione determinatione ad absolutam sui possibilitatem, & non repugnantiam proueniens ob quam intra sphaeram absolute prorsus actiuitatis, & Omnipotentiae diuinae trahantur, & sine qua progredi, & ab ea fieri nequeunt; non illius potentiae, & virtutis actiuae defectu, & impotentia, sed defectu suae potentiae passivae, ut fierent, quae nisi positum sui non repugnantia, & determinatione possibilitatis intrinsecae suae non habebatur. Non aliter atque homo albus, ut albus sit omnino absolutus, & indeterminatus est, ut alter homo albus sit, cui in albedine assimilatur, vel niger, cui dissimilatur: si tamen alter sit albus, & determinate limitis illico est non intrinseca sibi deter-

minatione, sed extrinseca prorsus sibi alterius hominis determinate albi positione: quare sicut ex hac extrinseca determinatione, ut similis ille alteri homini sit, non inferatur, in illo esse determinationem necessariam, ut in ipso tanquam in medio alter homo albus cognoscatur esse infertur, & iudicetur, etiam, ut similis alteri, nec esse, nec cognosci iudicari possit sine illo, quia hæc denominatio similis utrumque album importat: ita, etiam denominatio omnipotentia absolute determinat possibilem in particulari, nec esse, nec concipi sine absoluta possibilitate creaturæ, quam, utpote denominatio extrinseca omnipotentia claudit: quia tamen possibilitas horum in particulari, qua formaliter determinatur ad esse possibilem, extrinseca denominatio, ac non intrinseca omnipotentia est, medium illa cognoscendi omnipotentiam non efficiunt. Quod ipsum de absoluta denominatione scientia Dei de his, de quibus determinat, & in particulari scientia determinat: & est absolute ac dicitur dictum puta: completur enim intrinseca obiecto, & extrinseca scientia veritate, & cognoscibilitate.

14. Dicitis consuetudine venit singularitatis, inconsequenter notanda nostri Herice sententia d. 5. citata cap. 3. §. 2. & 3. asserentis creatura possibilem in omnino absolute ab ipsis omnipotentia ratione continentia realis eminentialis actus illorum tanquam in medio cognosci, secus in eorum divina scientia, & comprehensione reflexe cognita, (quam tamen cap. 4. n. 48. connexionem realiter cum creatis possibilibus defendit) quia in ea non realiter, sed intentionaliter solum possibile continentur. Ceterum plures ad rationem mediæ referre realem eius cum termino per illud cognoscendo connexionem, quam continentia in illo quæcunque, satis claret ex dictis. Secundo: quia ipse citato c. 3. §. 1. ex præcisa ratione connexionis, & respectus transcendentis creaturarum ad Deum absque ulla continentia, vera activa, vel intentionali Dei in creaturis docet Deum in ipsis tanquam in medio, vel ex medio seipsum cognoscere: multo ergo melius creaturas in sua earum scientia & comprehensione, quam ipso asserente, illis connexa, & respectiva realiter transcendentia realiter earum est, & vltimus ipsis vere, & realiter intentionaliter continet, tanquam in medio, vel ex medio cognoscet. Tercio: continentia vera realis intentionalis creaturarum in scientia, & comprehensione per additum intentionalis non excluditur à veritate, & realitate continentie earum: neque enim per vocem intentionalis fictitium solum, seu rationis esse dicitur, licet à ratione procedat, sicut scientia, & cognitio ipsa realis eandem creaturam, cui prorsus identificatur: cum ergo realis, & vera continentia sit: cur id non præstet, quod realis continentia alia activa creaturarum in omnipotentia est respectiva realiter transcendentia vltimus non esset non facile inveniatur.

15. Quarto: quia ideo ait c. 3. num. 17. Deum creatura possibilem in sua omnipotentia cognoscere, quia nequit hæc quidditativè, nedum comprehensione cognoscere, enim de illa iudicare esse potentem producere, quiddam possibile, & repugnans non sit: aut nequit reflexe cognoscere quidditativè, nedum comprehensione, suam scientiam, & comprehensionem possibilem creaturam, quia de illa iudicare esse clare representantem, & comprehensionem illarum: ergo nequit illam reflexe cognoscere, quia in ipsa cognoscit creatura possibilem: quod vrgenter probatur ex relatione transcendentia, & connexionis scientie divine cum creatis per ipsam representationem scientie divine cum creatis per ipsam representationem cognosci. Respondet nu. 26. non posse eos conceptus cognitionis suæ de creaturis cognosci quidditativè, nedum comprehensione, quin simul Deus quidditativè intueretur, & comprehensionem habeat de ipsis cognitionem, illam vero in ipsarum, vel ex ipsarum scientia tanquam medio à Deo non haberi, nec opus esse ut habeatur, sed vel cognitione directa de obiectis, vel aliunde, solutionis doctrinam laudo, & statuebam fuisse certam. 2. a eum, §. sed tamen cum Herice nostri, & communi doctrina non concordat: in qua ex connexionem reali vnius cum alio cognito vnius ad aliud in ipso cognoscendum deducitur.

16. Secundo: si, ut cognoscatur, & iudicetur, scientiam Dei de creaturis esse claram, intuitivam, & com-

prehensivam illarum representationem, ut in se sunt, sufficit aliunde haberi à Deo simul earum quidditativam, & intuitivam cognitionem, & iudicium, quin ad illud ex scientia de ipsis reflexe cognita, tanquam medio determinetur Deus: ergo, ut cognoscatur omnipotentia, ut potentia possibilem, & non repugnantium omnium productrix (quod non cognitis ipsis fieri nequit) satis erit simul, aliunde tamen, quam ex determinatione omnipotentia præcognita, possibilem haberi cognitionem: unde eius ratio pro omnipotentia evanescit. Tercio denique: posita absoluta omnipotentia in connexionem reali cum possibilem, etiam nostro hoc abstractivo modo, nec concipi, neque explicari, nisi in ordine ad possibilem, hisque ignotis nequeat, ac proinde secundum dici, nostroque concipiendi modo relata ad possibilem omnipotentia sit, aut ab illam, sicuti est, intuitivam, ut à possibilem in se absoluta secundum suum esse omnino est, ita ab eis secundum cognitionem sui absoluta prorsus erit: quare, ne simul adhuc, aliunde cognosci possibilem oportebit ad omnipotentiam intuitivè cognoscendam: quod secus in divina de possibilem scientia, & comprehensione realiter transcendentia respectiva, ipsique per Herice connexa dicendum necessario erit.

CERTAMEN IV.

Univerſum affirmans ſententia, cuiusque fundamenta exploduntur.

1. R. Eecimus singularem utrumque tuendæ affirmantis sententiæ modum: hunc à capite, ut aiunt, & universum reitenda eadem sententia est, ne suborturus forte posthac modus alius confutationibus libera nascatur, nostraque aliquando negativa sententia nuret. Sic igitur illam universum impugno. Primo: quia ut late qu. 5. ostendam, nihil potest Deus in alio tanquam in medio cognoscere: ergo nec possibilem in sua omnipotentia alioque suo attributo, aut prædicato divino consecuto evidens ut patet omnino est. Antecedens citato loco affirmat monstrabitur, ubi, & illud probandi media suppetent plura, quibus nunc scribendis proinde merito superſedimus. Secundo: quia, si Deus secundum aliquid intrinsecum sui sit medium absolute cognoscendi possibilem, naturale medium ea cognoscendi erit, naturaliterque, ac non libere, determinabitur semel visum intuitivè ad omnium, neque ad aliquorum præ aliis cognitionem. Patet: quia, siue titulo connexionis relativiæ transcendentis respectus ad ipsa prædicati cuiusvis divini, siue titulo continentie realis physice vel intentionalis eminentialis possibilem, in prædicato quovis divino, æque possibilem omnia ab eo attinguntur, ad illudque spectant: neque vnum alio titulo potiori. Atqui beati omnes Deum omniaque prædicata divina vident, ut de fide est ex illo Ioann. 3. *Videbimus eum sicuti est.* clareque intuentur: ergo æque ex parte obiecti in Deo viso tanquam medio ad videnda omnia naturaliter possibilem determinabuntur: ac proinde (absit miraculum) beati omnes possibilem omnia in Deo, tanquam medio videbunt, neque unus alio plura ex possibilem, vel pauciora: consequens vero & absurdum & falsum Theologis omnibus est: ergo & antecedens.

2. Quot quantaque huius argumenti solutioni movent aduſari, cum hic, tum de visione creaturarum à Beatis in verbo disparantes: verum nihil eorum effugio argumenti adiutur facit quod non sit argumenti facti terminis ipsis ocellum: etenim recurſus ad perfectius lumen, siue naturale intellectus, siue supernaturale luminis gloriæ vnius Beati præ alio præclusus est: siquidem perfectius alterutrum lumen, vel imperfectius, solum conducit ut medium natura e, vel clariori ex specie sua, vel intensiori visione, quam ab aliis imperfectiore lumine alterutro, vel utroque præditis videatur: quare medium siue Deum, & quæ in eo, vel ex eo videnda sunt clariore perfectiusque à perfectiori lumine instructis videri, quam videatur ab instructis imperfectiori. Ceterum, cum æque, nec magis ad aliqua possibilem, quam ad reliqua cognoscenda

Deus intuitu visus medium naturale, & naturaliter determinatum sit, quia aequae, ut dixi, à Deo attinguntur, ad ipsumque spectant, quantumvis magis, minusve perfecte & clare videatur, dummodo clare, & intuitu videatur, à magis, vel minus, imò & minime Beatis, tamen Beatis, aequae, nec magis ad vnum, quam ad reliqua possibilia in ipso cognoscenda determinabit: dummodo vel ad vnum solum videndum in ipso naturaliter determinet, ut in aduersariorum sententia ad aliqua videnda in Deo, tanquam medio determinet, vel minime Beatum; etsi verum sit ad ea, vel clarius, & perfectius, vel minus perfecte, & clare, pro maiori, vel minore claritate, & perfectione visionis Dei medij, magis, vel minus Beatis sit locus.

3. Patet id quidem, siquidem, ut ad vnum possibile in ipso tanquam medio naturali videndum Deus visus, quantumvis minus clare, & remisse, naturaliter determinet Beatum: cum eodem titulo, & ratione proflus intellectui, adhuc formaliter, aequae primo naturaliter iuxta aduersariorum sententiam determinet ad illud, & ad reliqua, non est vnde naturaliter ad reliqua non determinet cognoscenda, & ad vnum, vel reliquorum tantum cognitionem in ipso habendam; vel ex ipso deducendam, naturaliter coarctetur, & teneatur. Ratione hac preoccupauimus effugium aliud: quod nimirum à perfectius intentione Deum videndum magis intimius, profundiusque (ut sic loquar) Deum medium penetrari: ex maiori vero, & perfectiori medij penetratione plures veritates naturaliter deduci certum experientia quotidiana est: quare mirum non esse, si Beati Deum intensius, perfectiusque videntes, plura in ipso possibilia naturaliter, quam remissius, imperfectiusque ipsum intuentes Beati alij cognoscant. Preoccupauimus, inquam, solutionem hanc terminis illis *aequae primo*: si enim aequae primo Deus quocunque velis titulo ratione si bi intrinseca formaliter possibilia omnia attingit, eaque omnia ad ipsum aequae primo, neque vnum ratione alterius, medietate altero, utcumque clare, & ut est in se, semel absoluteque visus, aequae eam primo, ut naturale medium ad omnia cognoscenda naturaliter, vel ad nullum in se, tanquam medio cognoscendum determinabit: quoniam sit ex parte motionis intentionalis, & determinationis naturalis Dei visus ad aliqua prae reliquis cognoscenda ratio vlla, vel apparens.

4. Inde euasit exemplum adductum, atque ex eo infracta pro solutione instantia, etenim, quod frequenter experimento didicimus est, plures ex remotioribus, longiusque à medio distantibus veritates ab his, qui, vel maiori ingenij acuminis, & profunditate pollent, magisque proinde, & viuidius, atque (ut modus cognitionis abstractivae nostrae patitur) clarius medium penetrant, in illo, vel ex illo ita penetrato deduci, quia clarior, viuidioreque huius penetratio veritatum immediate in illo, vel ex illo cognoscendarum cognitionibus faciunt claritatem maiorem, quam habeant earundem ex minus clare viuide cogniti media cognitione, quae adeo imperfecta propterea esse potest, ut mens illa ad vltiores veritates deducendas progredi nequeat: ut possit, si prima illa clarius viuidioreque cognoscatur, ex quo nihil pro cognitione vnius veritatis, vel plurium ex immediatis medio prae aliis immediatis, & aequae proximis (vbi possibilia omnia Deo sunt, ut diximus) deduci contra nos, & pro solutione data proxime, nemo non videat: maxime, cum Dei medij ad possibilia cognoscenda cognitio, visio ipsius intuitiva sit, ut ita lege Beatis omnibus visu venit: id quod clarius ex iam dicendis patet.

5. Certa sane proxime dicta, & explorato certa sunt. Negare non possumus (quod experimento etiam quotidiano didicimus) ex viuidiore clariore, profundioreque per abstractivas nostras cognitiones medij penetratione, plures etiam & immediatas, & proximas medio veritates deduci, quam ex obscuriore, minusque viuida, & profunda penetratione ipsius: quin, ex perfectiori, & profundiori terminorum propositionis vnius penetratione abique medio vilo eius veritatem dignosci, posseque, imò de facto elici assensum veritati in ea inclusa, quae est minus perfecta & profunda, sed quasi extrema, & perfectoria eorundem terminorum cognitione, nec dignoscatur: neque assensus ipse elici possit certum mihi est: & ex quo plura esse in Philosophia ac Theologia prima, nec per

aliud & per se principia probabilia perspectum iam esse habeo, praeterquam ex lectione profundius nostri Valquez, Etenim in huius praefatis ad suos discipulos notationibus nullo medio illas saepe probare, cum recens Theologiae auditor videret, sine fulcro illum, ac puro arbitratu suo discurrere saepe, atque opinari censebam: postea vero notata illa meditatio, & terminorum propositionum, quas in eis statuere, rursus legens, reperi propositiones illas doctoris profunditate, & penetratione terminorum ex ipsis, quos explicuit, terminis notae probabilissime fuisse, atque si eorum subiuncta à Valquez explicatio attente legatur, cuius non inepto homini verolissimum apparebit, quin plerumque aliunde ex mediis aliis suaderi earum veritas possit: id pro lectione tanti Doctoris obseruari.

6. Verum, etsi ita haec in abstractivis mediis cognitionibus perfectioribus, etiam quoad immediatas ipsas veritates, habeant, quia cum omnibus nobis immediata medij connexio, nec de se, ac in se per illas nobis appareat, sed per species alienas, vel aliunde, vnde scilicet, connexio cum aliquibus cognosci potest, saltem facilius, secus cum alias: at vero medium in se videnti, & intuitu aequae immediate veritates omnes attingens, & continens, neque connexio eius cum aliqua veritate, quam cum immediatis reliquis magis, clariusque appareat, quare neque illud ad has prae illis in seipso cognoscendas naturaliter, huc, qua medium, & determinatum naturale mentem intentionaliter mouere, & determinare. Dixi proxime, & saepe, medium intuitu visum, qua naturale determinatum, & medium naturaliter ad vnam veritatem immediatam prae aliis, imò quia ad omnes mouere non posse: ac proinde neque Deum, ut medium determinate naturaliter mouere Beati ipsam, ut in se est, videnti intellectum posse ad vnum possibile cognoscendum, quin ad cognoscenda in ipso possibilia omnia naturaliter moueat, ac determinet, si miraculum ex Dei puro arbitrio abit: vnde occurrit euasione alteri, quod nimirum ex Dei voluntate magis Beato plura possibilia in Deo medio, minus vero pauciora monstrantur: id enim non miraculose modo, & ultra medij exigentiam naturalem, sed violente, & contra ipsius exigentiam fieret: iniurisque, & conaturalius esset, si ex sola Dei voluntate, ac non ex determinatione Dei medij, plura possibilia beatorum, minusque beato pauciora ostenderemur: si enim naturali motioni, & virtuti determinativae medij standum sit, Deique velit, non ostendi in Deo medio Beatis omnibus omnia, naturaliter ac sine violentia eius virtuti determinativae illata, et omnino impossibile: id quod solum argumentum nostrum contendit, & ut absurdum aduersarij iudicantur.

CERTAMEN V.

Ex fundamentorum euerfione affirmantis impugnatio postrema.

1. Vltima affirmantis sententiae vniuersum impugnatio, & negatiuae nostrae probatio fundamentorum illius euerfio est: & sane, quae à ratione sunt obiter discimus: nam quae respectum realem transcendentalem Dei ad creaturas quouis titulo, siue omnipotentiae, siue scientiae, etiam comprehensivae vel Dei, vel possibilibus discimus certam. 2. & quoad comprehensionem attinet, cui insitit maxime pro affirmante sententia Abbis constat ex dictis in simili quæst. 1. certam. 2. num. 2. & 3. Deum se perfectissime comprehendere, quin vllam in se, tanquam in medio, creaturam cognoscat, & quamquam nec Dei potentia, cuiusvis obiecti comprehensio, & scientia cognosci à nobis absque suis terminis possit, non probat suis, vel terminis, vel obiectis essentia sua connexas esse ratione respectus realis transcendentis earum ad illa: sed solum ex imperfecto nostro modo cognoscendi, relata, connexasque illis esse secundum dici, quod secus euenit absolutas eas, ut in se sunt, intuitibus, quomodo se Deus videt, ut constat ex certam. 2. num. 12. atque ex pluries 1. & 2. quæ dictis

dictis. Nec præstat contra dicta citatis locis pro comprehensione subiecti ex vi visionis sui, tanquam mediæ creatæ possibilis non videat, sed solum ex vi visionis sui, tanquam primarij obiecti, & adequati specificatiui infinitæ sue cognitionis: quod, si alia plura non ab ipso, vel factibilia, vel facta (per impossibile) essent, ac proinde nihil sui, adhuc extrinsecum, forent, in se etiam tanquam in obiecto primario, & specificatiuo, siue ex vi visionis sui, tanquam specificatiui, videret. Fætor enim sed comprehensio solum requirit, vt ex vi visionis obiecti comprehensa omnia illius, siue intrinseca, siue extrinseca videantur: non autem excludit quod eodem modo ex vi visionis obiecti alia videantur, si adint.

2. Obiectis videretur: cum ens, & verum idem sint, quod dat rebus esse, dat & verum, seu posse cognosci, aut omnipotentia dat rebus esse: ergo & dat verum, seu cognosci posse, hoc est cognoscibilitatem: hoc autem dat medium, quæ in ipso cognoscenda sunt: ergo omnipotentia est medium in quo cognoscenda sunt creata possibilis, id quod his terminis illustrat Herice, sicut se res habet ad esse, se habet ad cognosci: ergo omnipotentia, quæ est causa rebus, vt sint, causa erit, ac medium, vt cognoscantur. Nihil in obiectiōne non acquiescit. Distingue maiorem primam quod dat effectiue esse dat effectiue verum posse cognosci: pure terminatiue, & materialiter fateor: cognoscibilitatem dat motiue, & vt ratio formalis cognoscibilitatis, ac illius diffinitio, & similiter, dat maiore de donatione effectiue ab omnipotentia, distinguere consequens, ergo & dat effectiue verum pure terminatiue, & materialiter, id est materiæ, & terminum, seu obiectum cognitionis, concedo (quod enim reuera, & solide non est, sed solum apparetur esse, reuera vere non cognoscitur) concedo; dat motiue, & vt ratio formalis cognoscibilitatis, siue ob quam tanquam ob determinatum cognosci possint, nego consequentiam, ita, autem, non effectiue solum, dare debet medium, quæ medium, cognoscibilitatem seu verum obiecto: idem respondendum est eidem difficultati vt ab Herice proponebatur; in qua antecedentis, sicut & aliorum axiomaticum vulgatum, & vt sonant, arripiorum, plures sensus falsi sunt, vixque vnus verus. Adde omnipotentiam non dare esse possibilis, quæ talibus, de quibus quæstio, sed existentiis: neque esse actiue adhuc possibilium quæ talium: vade patet, extra rem quæstionis huius, & inepte contra nos vitiumque argumentum efformari.

3. Ex sancto Thoma opponuntur plura 1. p. q. 12. a. 3. Omnia sunt in Deo si ut effectus virtutis in sua causa: sic igitur videtur omnia in Deo sicut effectus in sua causa: ite autem intellectus preest in causa comprehendere omnes effectus, qui causam vult comprehendere, quibus similitudine scripti 1. contra Gentes cap. 69. vbi generalem hanc suam doctrinam cognitioni creaturarum a Deo sic applicuit, effectus cognitio sufficienter habetur per cognitionem cause: cum igitur Deus suam essentiam plenissime cognoscit, per quam est causa, oportet ponere quod alia cognoscit, & lect. 3. in cap. 7. Dionysij, in ipso diuino esse existit omnis esse. Aliter enim per suam essentiam non posset omnia cognoscere, nisi omnia causaliter in ipso essent. Hæc ex sancto Thoma difficiliora, & quæ verosimiliter facis illum pro affirmante sententia siliunt; quin probabilis (in eo iudicio, & ingenuitate) responsio sit, velle ipsum tantummodo creaturarum cognitionem emendicatis speciebus a creatis obiectis non egere: quæ, licet alius iam obiectis conueniant, non autem recitatis locis, vt verba demonstrant, nam potentia speciei tota ad cognitionem est, non ad obiecta; & tamen sanctus Doctor ex potentia Dei ad obiecta, non autem ad cognitionem, infert in se, tanquam in creaturam omnium causa a Deo cognosci. Nec loquitur de se vt medio materiali solum: aliud mihi enim verbum sonant.

4. Cum autem vbique Deum absolutum a creatis dicat, cum quo, vt vidimus, medium ad creaturas cognoscendas esse repugnat, non eo illum sensu, quo volunt aduersari, locutum fuisse verosimilius est. Respondet ergo generale principium eis locis tacuisse effectus nimirum in suis causis cognosci: quod certissimum est, non autem respectu omnium cognoscendum, & modorum cognitionis eodem modo verificandum docuisse: nam in creatis intellectibus abstractiue causas cognoscentibus effectus

tanquam in medio cognosci: & eo plures, quo perfectius profundiusque, & plenius causa cognoscitur, vt docuimus, expectantiæque notissimum supponit, idque independenti respectu reali transcendenti, & connexioni physica causæ, ad rationem mediæ physici necessario, cum suis effectibus cognoscendis: cum ad abstractiue cognitionem extremorum in medio, vel ex medio, cuius cognitione extremorum cognitio deducitur iudicatiua, logica, & metaphysica eundem ad seipsum connexio sufficiens sit, ac sola subterfugens, vt dicebamus cert. 2. Beatis vero Deum intuitiue, & vt in se est, videntibus, est medium physicum naturale Deus non sit, iuxta dicta a certam. 2. & præsertim certam. 4. pro meritis, & perfectione visionis Beati vniuersiuique de Deo omnium causa, Deus mediæ partes supplet, quæ sic viso sibi non suppetunt: vt videns ea videat, quæ si abstractiue eadem proportionem cognoscere, cognosci in ipso, tanquam causa, & medio deberent.

5. Deus autem se rerum causam infinite clarius, & perfectius videns reliqua videt, non quia ratione causæ, quæ tali, vt medio, in quo illa cognoscatur, vtatur: quod doctrinæ sancti Thomæ repugnat; ac proinde nusquam omnipotentia (quæ ratio formalis causæ creaturarum, & actiua earum eminentialis contentia est) eis meminit locis, sed effectiue, quæ neutrum formaliter est. Altiore igitur sensu in se, vt causa, atque quia se omnium causam, & omnia in se suæque essentia continentem creatæ omnia Deum cognoscere docuit: etenim, cum Deus eminentissimus, ac perfectissimus causa sit: cunctaque proinde in genere entis, cum actiue, tum idealiter in sua essentia continetur, (alioqui nec omnia actiue nec rationaliter, & libere a se producibilia contineret, alteri cuiusque defectu eminentissimus, ac perfectissimus creaturarum causa non esset) sit vt rationem omnium entium obiectiue formalem, eminenter tamen, in suo formalissimo esse continetur: ac subinde rationem veri seu cognoscibilis, siue idem formaliter cum ratione entis sit, siue formaliter diuersa (quod prout ad rem præsentem attinet) eadem, vel simili eminentia claudat, cum autem ex suo infinito esse, (quod proinde omne aliud esse continere debet, cum actiue, tum idealiter, vt causa omnis alterius esse perfectissima sit) obiectiue proueniat eius cognitionem infinitam e genere suo, & omnium scientiam esse: sit iidem ex hac omnis entis, & subinde veri formalis eminentialis contentia essentia diuina ad rationem causæ cum actiue, tum idealis perfectissime præsupposita, rationem formalem adequatam specificatiui diuine cognitionis ad omne ens verum, seu cognoscibile formaliter representandum formalissime prouenire: ac tandem ad rationem causæ omnium Dei de omnibus cognitionem esse reducendam, (non formalis quidem causæ, sed præsuppositiue) seu formalis eminentialis contentia omnis esse, & entis in essentia diuina, absque qua omnium causa neque actiua, neque idealis Deus foret.

6. Idcirco sanctus Thomas non ad omnipotentiam, seu virtutem actiue formalem vt in se tanquam causa creatæ cognosceret, recurrit, sed ad essentiam in qua formaliter, & formalis eminentialis omnis entis contentia est: clarius autem suam hanc doctrinam tradit 1. p. q. 14. a. 5. verbis illis, quæ opponi etiam nobis solent. Alia autem a se videt non in ipsis, tanquam formalibus ea videnti rationibus (nam materialiter, & terminatiue in seipsis ipsa absque dubio videt) sed in seipso: in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso, quibus lucem accipiunt verba data ex lectioe 3. in cap. 7. Dionysij, quæ duobus prius recitatis, clarius hanc doctrinam insinuant, & aptissime ad testimonium Dionysij, quod interpretatur, nobisque etiam obici solet; siueque habet. Si secundum vnā causam Deus omnibus existentibus esse irradiat: secundum eandem causam scilicet omnia ex ipso existentia: quæ sic vertit Hyparsiot. Si secundum vnā causam Deus omnibus impertit, vt sint, secundum illam ipsam causam cognoscet omnia quæ ex ipso sunt (nota sequentia) & ex ipso existunt, addit Dionysius ibidem: in ipso diuino esse existit omne esse. Aliter enim per suam essentiam non posset omnia cognoscere, nisi omnia in ipso causaliter essent. Neque enim ea quæ sunt, ex his quæ sunt, nouit diuina mens, sed ex se. & in se per causam rerum omnium cognitionem, scientiam, notitiamque anticipatam

anticipatam habet. Sic legitur hac Ambrosii. Florent. apud Heriz. d. 5. c. 5. ex se & in se secundum causam omnium notitiam. & scientiam, atque substantiam anticipat. Pergit Dionysius. Non quod per speciem, sicut nostra cognitiones singula consideret; sed uno causa complexu, ipsa enim ipsam omnium causa cognoscens divina mens, qua tandem ratione, qua ab ipsa sunt, & quorum causa est ignorabit? Hæc igitur ratione Deus entia novit non enim scientia (tanquam specificatiuorum ut nobis euenit) sed sui.

7. Hæc inquam omnia de se satis obscura, & ambigua data nostra doctrina clarescunt, quam mutua etiam vicissitudine illustrant: siquidem ad continentiam formalem eminentialem omnis entis, & esse creati in ente à se, seu essentia diuina ad causam, & omnipotentiam rationem formaliter præsuppositam reducitur tandem à Dionysio, cuiusque interpretibus de creatis omnibus scientia, & cognitio diuina. Secundo formalis eorum omnium cognitio, & representatio anticipata esse in Deo asseritur expresse ab eisdem: id quod ex munere medijs Deus, ut causa nequaquam potest habere: qua medium siquidem solum pro signo cognitionis sui munus determinandi ad formalem creatorum cognitionem habere posset, non autem cognitionem suam, qua ipsius cognitionem formalem, formalem etiam creatorum cognitionem esse: id autem solum habet, habereque potest eo, quod omnis scientia infinita è genere suo scientia Dei, scientia ipsius, ratione eminentialis continentie præsupposita formalis omnis entis, & esse creati ad rationem causæ, & omnipotentie, adæquatam specificatiuam, ut diximus, sit: inde enim euidentis est cognitionem suæ essentia pro nullo signo esse posse, quin eadem formalis intellectus creatorum omnium formalis, quoad intrinsecum, creatorum cognitio sit, ipsorumque extrinsecum, pro statu quouis positionem anticipata præcedat: id ipsum de Dionysio, & reliquorum mente suadet exemplum, quo statim Dionysius suam doctrinam confirmat, & illustrat, quemadmodum (subdit) etiam lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam, & informatam habet: ad quæ optime Valquez noster aduersarios rogat: an velint ex mente Dionysii esse, & asserere lucem, quæ tenebrarum destructiua proliis, & contradictorium est illarum quomodo causam esse, atque in ea qua tali, ut in medio tenebras nosci: certe neque eorum ingenium in tantam insaniam rueri illos permittet, nec subiuncta Dionysii ratio: quod non aliunde quam ex luce tenebras nouerit: nempe, tanquam in termino necessario præcognoscendo ut tenebræ, quæ lucis priuatio sunt, cognoscantur, ac proinde de se cognitioni suæ qua, Deoque ipsius adæquato specificatiuæ formalis creatorum cognitio repugnat, recte lux, cuiusque cognitio respectu cognitionis tenebrarum comparatur.

8. Leuiores licet, duo tamen contra aduersarios hæc in locis his, quæ nobis opponunt, notare non omitteram. Primum omnia hæc loca de cognitione creatorum existentium non autem possibile in Deo esse expressissima, ut ea legenti, & rationem supra à nobis datam parebit: quare importune hic ea nobis obtrudi. Alterum est præfatis locis indifferenter à Patribus dici in se, vel ex se, ut causa Deum, creaturas, & alia à se cognoscere: obiectantes vero subtiliores ex se, ut causa mediæ creaturas nosse nusquam admittunt, sed mordicus negant: quare in iis ipsis, quæ nobis opponuntur exponendis obiectionibus, etiam erit ex parte laborandum: sicuti & in illo quod etiam hic obtrudunt, ex Concilio Valentino sub Lothario Imp. c. 2. Deus novit omnia antequam fiant ex sua omnipotentia, & incommutabili maiestate: sed an diuina maiestas, & incommutabilitas medium etiam in quo Deus creaturæ cognoscit iuxta aduersarios erit: illud igitur ex omnipotentia, & incommutabili maiestate æque applicitum non medium denotat, sed rationem cur à nobis Deus ab æterno creaturæ cognoscere probetur: quia in ea ab æterno posset, sed in tempore mutabilis esset, non immutabilis & in eo posset, non esset omnipotens perfecte, quia non eorum operatiuus per rationem, & arbitrium.

QVÆSTIO III.

An futura sue conditionata sue absoluta
Deus in medio aliquo noscat?

DE VLTICI adeo grauis difficultatis in vna eademque questione complexio methodo nostræ (quæ claritati, & difficultatum distinctæ ac dilucidæ excursioni in primis studet) videbitur aduersa: verum quia nihil fere de eis speciatim, atque ex instituto disputandum in præsentiarum hoc est, quod examinarum in superioribus, ac definitum in terminis, aut in simili non fuerit, vel priori sede non sit deinceps discutiendum per otiumque statendum, & confirmandum, utraque difficultate iustam (quod fieri ex altera seorsim non poterat) instructissimam questionem: seorsim tamen suis certaminibus de vnaquaque agemus: ne quod cuique speciale, siue in re, siue in Doctorum sententiis sit, vel ignoretur, vel confundatur.

CERTAMEN I.

Nullum futurum conditionatum in medio
aliquo Deus cognoscit.

1. **T**ot sane cognoscendi futura conditionata libera, seu proprie futura conditionate assignari Deo possent, quot ipsi ab absolute futura cognoscenda eidem ab Authoribus assignantur; siquidem, quæ absolute posita futurum absolutum indefectibiliter ponunt, ac illud futurum de cognita infallibiliter inferunt absolute fore, ac media sunt, in quibus, vel ex quibus absoluta eius futuritio iuxta varias sententias cognoscatur, eadem in hypothetico, seu pro conditione posita eiusdem conditionatum futuritionem apponent, foreque indefectibiliter sub eisdem facient, & cognita ita sub ipsis fore demonstrant: atque à Deo ad eius conditionatum futuritionem cognoscendam media formalia, & determinantia Deo erunt, si semel à Deo cognoscantur: quare hic, non adeo antiqua, decreta prædeterminatiua omnino absoluta Thomistica, & alia aliquorum illegitimorum Scotistarum decreta similia physicaque prædeterminationes Recentium Thomistarum posita in hypothesi in medijs formalibus Deum ad conditionatam contingentis futuritionem à Deo cognoscendam, confectarie ad vniuersumque ex memoratis Doctoribus sententiam, numerati hic deberent: sed quoniam, necessaria ne vel conducentia ea omnia sunt ad absolutam contingentis futuritionem apponendam (vnde tota ad rem præsentem definitio pendet) examinare, ad examen medijs formalium dignoscendæ contingentis futuritioni absolute spectat, ex nunc opinionibus referendis, atque speciatim repellendis merito abstinemus: atque ex ibi statim dicendis, de eis omnibus media formalia ad futuritionem contingentis conditionatam à Deo cognoscendam vniuersim negare habemus satis: ne eadem fastidiosæ, & inutiliter repetantur.

2. Igitur Thomistæ, nec plures, nec sapientiores, ut vidimus d. 6. ex primis, qui nostri Molinæ scientiam mediam fuerunt perterriti, decretum subiectiue absolutum obiectiue conditionatum pro futuritione conditionata contingentis statuenda commenti sunt, ut scientiam mediam abolerent, atque eius loco naturalem solum, & simpliciter intelligentiam à Deo in eo decreto tanquam medio formali habitam statuerent: verum, cum ex decreto prædeterminatiuo suo omnino absoluto necessario ad futuritionem contingentis absolutam apponendam, cum ea, quæ de se connecto in hypothetico, siue pro conditione posita, necessario, & infallibiliter eiusdem contingentis conditionata futuritio

futurum apponatur, ac inferatur, ut nuper dicebamus, frustra omnino eiusmodi decretum inducitur, cum ut futurum contingens conditionata ponatur, ac scientia naturalis, & necessaria, seu non proprie media, à Deo in illo, tanquam medio cognoscatur: idcirco ex primis illis doctores ad neutrum horum eiusmodi decreta admittunt, sed respondent, ut citato loco vidimus, solum autem eis annunt, ne scientiam mediam & liberam circa sua decreta omnino absoluta pro priori signo ad absolutam eorum conceptionem admittant in Deo; scilicet posita in hypothese, & pro conditione ante eius absolutam purificationem occasione, & motivo, sub quo absolute posito decretum à Deo absolute concipiendum est: inde enim ad similem scientiam mediam liberam, nec naturalem de contingentibus admittendam molestam ipsi, atque inevitabilem consecutionem (in qua omnia sua principia deessent animadvertere: eo vero decreto conditionato pro decretis conditionatis Dei conditionate statuendis in priori illo ante purificationem conditionis, seu occasione, ex qua absolute posita decretum absolute habendum est, aliquid antecedenter connexum cum futuritione eius decreti conditionata assignantur, in quo naturali nec media libera scientia cognoscitur, videtur Alvarez 2. de Auxil. d. 7. p. 8. Zumei tom. 2. Opuscul. d. 2. p. 2. concl. 5.

3. Itaque alterutro ex his ratione præfati Thomistæ forma contingentia conditionata pro eo statu in suis ex parte actus, subiective absolutis, ex parte obiecti, seu obiective conditionatis decretis, tanquam in mediis formalibus ad ea futura cognoscenda determinantibus, à Deo cognosci docent. Sed cum hoc quod vtriusque commune sit, (nempe eiusmodi decreta ad futuritionem conditionatam contingentium, vel formaliter, vel actiue apponendam necessaria præcedere satis fuit à nobis dissectum d. 6. q. 1. c. 3. ubi ex initio ostendimus, ea decreta necessario præcedentia, ut quovis modo futuritionem contingentium conditionatam, eiusque obiectum veritatem apponant, multiplex ex capite non replicando hic, & repetendo sita esse, & repugnantia. Ratio vero ob quam à doctores eorum nonnullis admittuntur, est eius efficacia magni consequentia suæ doctrinæ interesset, infirma tamen est: etenim, cum decreta hæc ex parte actus absoluta sint, atque absolute à Deo concipiuntur de conditionata contingentium futuritione, & quidem ob aliquod motum ab ipso concipiuntur, ac proinde sub eo motivo in hypothese, & pro conditione posito vere concipienda habendaque eiusmodi decreta Deo sunt.

4. Rogo ergo hocce: an veritas illorum decretorum conditionata, eorumque conditionata futuritio pro priori ad absolutam eorum futuritionem, & veritatem aliud decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti in Deo supponat, vel secus? si supponit, in futuritione, & veritate conditionata huius instauratur argumentum: an simile aliud pro illo suæ conditionate veritatis, & futuritionis statu supponat, necne? & de illo rogitur quæstio: an simile aliud supponat? & sic de aliis, & aliis prius supponendis quousque in infinitum abeat præcedentium decretorum absolutorum subiective, & obiective conditionatorum. Sin autem nullum antea de eorum pro illo signo, & priori futuritionis conditionate decreti primi absoluti ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti supponi debere, ac necessario præcedere dicat, ut illius veritas & futuritio contingens conditionata necessario consistat: ergo absolute verum est ad futuritionem, & veritatem contingentis conditionatam decreti de illa absoluti ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti præcedentia opus non esse. Patet: quia, si opus eius præcedentia ad futuritionem & veritatem contingentem conditionatam foret, nullum contingentem habere illas absolute decreti eius præcedentia posset. Confirmatur: quia adversariorum fundamenta, vel de omni futuritione, & veritate contingentis conditionata probant, vel de nulla probant: ut constat ex citata, d. 6. q. 1. in solutione argumentorum, ut diximus d. 6. q. 2. c. 1. n. 10.

5. Alter à doctorum doctorum nonnullis Soaristis decreta ista subiective absoluta, & conditionata obiective ad media formalia cognitionis divinæ de futuritione, & veritate contingentis conditionata aduocari possent, Non, quia alias eam Deus non cognosceret, secundum seipsam

Christoph. de Ortega, de Deo Uno, Tomus I.

independentem ab eiusmodi decreto; sed quia eiusmodi decretum de futuritione contingentis conditionata, etsi non necessarium ad ipsam, eiusque veritatem apponendam potest Deus in eorum sententia pro suo arbitratu, & libertate concipere, ut Soarez sæpe eiusque Assessor defendunt: eo vero semel concepito, tanquam medio in quo uti Deum posse, ut eam futuritionem, & veritatem contingentis conditionatam infallibiliter cognoscat in eorum sententia, & modo assignandi media divinæ cognitioni de extrinsecis aliis obiectis, & veritatibus consecutarium est, ut constat ex dictis q. 2. Sed neque hæc doctrina admittenda nobis est. Primo ob rationes, quibus Deum omni mediis ad alia in ipsis cognoscenda interdictum vniuersum ostendimus. Secundo ob rationes, quibus in simili nihil diuinum medium, in quo alia à se possibilia adhuc, cognoscat Deo esse posse q. 2. ostendebamus. Tertio quia eiusmodi decreta de futuritione conditionata contingentis Deo impossibilia fortasse sunt. Quia, nec ante credendum, nec comitanter decreti à Deo potest quin eius contingentia, & libertas pessum eat. Posita vero, ac præsupposita aliunde eiusmodi conditionata contingentis futuritione, incepte Deus decerneret, ut sit, & ponatur, quod posuit ut ita decerneret præiudicium: quo circa actu complacentie, circa sic præcognitam conditionatam contingentis futuritionem ferri, ut tumum, Deus posset, de quo citata controu. 4.

6. Tertio possent in mediis formalibus Deum ad conditionatam contingentis futuritionem cognoscendam determinantiibus recenseri, tam dicta proxime de ea futuritione scientia, ut supra ex nostris Doctoribus plures de scientia simplicis intelligentie, & comprehensione possibilium media formalia, & determinatiua Deo esse, ut possibilia rursus cognosceret, philosophabantur. Cæterum de complacentia Dei erga conditionatam contingentis futuritionem, siue Deo possibili, examinandum est citata controu. 4. Secundo eius possibilitate, imo existentia in Deo admissa, sicut de eadem contingentis futuri futuritione diuina scientia non potest non admitti, neutrum medium formale in quo Deus conditionatam contingentis futuritionem iterum cognoscat dicendum nobis est: cum ob impossibilitatem vtius mediis ad aliud quidpiam cognoscendum in Deo demonstrandum qu. 4. tum ob inconnexione cuiusvis prædicati diuini cum creatis obiectis, pro quovis statu consideratis, & rationes reliquas datas qu. 2. ex quibus omnibus concludo, nullum medium formale assignatum, vel assignabile esse Deo, in quo conditionatam contingentis futuritionem cognoscat: quare illa in seipsa semel directe cognoscere, nec in alio aliter cognoscere rursus posse.

CERTAMEN II.

Media formalia pro futuris absolutis naturalibus cognoscendis hæcenus assignata referuntur, & consulantur.

1. **F**utura absoluta vel sunt respectu causarum suarum secundarum necessaria, quia à causis ad vnum determinatis proueniunt: quare, & quatenus ex parte ipsarum est, cum sui futuri effectus negatione inconiungibilibus: vel sunt respectu suarum causarum secundarum contingentia, & libera, quia, cum causæ determinatæ ad vnum de sese minime sint; sed indifferentes ad vtrumvis potestatis, quatenus ex ipsis est, æque cum futuris de facto ab ipsis, atque eorum negationibus, extrinsecus aduersis, & coniungi possent, & de facto coniungerentur: cum autem nihil eternum necessariz existentia pro vlla duratione de se sit, sed in sui existentia diuina potestati, atque arbitrio subiacet, ab eisque dependeat, sit, ut futura omnia creata in sui existentia pro quavis duratione respectu Dei causæ ipsorum primæ, & præcipuæ, quare & absolute contingentia liberaque sint: etsi, quia à causis naturalibus secundis, ac non liberis oriunda necessaria appellentur: quæ vero à causis secundis liberis sunt pro earum arbitrio de facto apponenda contingentia

X x

vocantur,

vocantur, & libera: contingentia nimirum, & libertate speciali, quam respectu causarum suarum secundarum habent, alique naturalibus effectibus futuris respectu suarum causarum secundarum deficit: quare non attendita contingentia, quam utraque respectu cause primæ Dei habent communem, sed, quam respectu causarum secundarum, quædam ex illis habent, alia vero non habent, hæc naturalia, & necessaria futura, illa vero contingentia, & libera futura, ex peculiaribus quorumque ex eis rationibus, & quasi characteribus, absolute nominantur.

2. Quoad futura igitur necessaria eo sensu à causis naturalibus, acque in actu primo determinatis in eis diuinis omnibus, tanquam in mediis, cognosci à Deo dici in primis posset, in quibus cognosci à Deo futura alia contingentia auctores postmodum referendi docuerunt: tutiusque id asseretur, cum eorum mediorum plura in futuris naturalibus, & necessariis libertatem, & contingentiam non inueniant, quam in contingentibus, & liberis futuris videntur euertere. Aliunde tamen ea media ad cognoscendum necessaria, & naturalia futura Deo repugnare ex mox dicendis de cognitione contingentium in mediis esse demonstrabit. Ad spectatiora igitur media Deo ab authoribus assignata pro futurorum naturalium, & necessariorum cognitione veniamus. Theologorum igitur plerique, cum videant eorum naturales causas secundas ad illa apponenda de se determinatas esse, ac proinde ab illis cum reliquis conditionibus, & requisitis creatis ad agendum futurorum eiusmodi pro sua duratione absolutam existentiam necessario deduci, in eis, ita instructis, tanquam in mediis ea futura cognosci à Deo communiter consentiunt.

3. Ea tamen media his terminis, & vocibus assignata rescinduntur primo ex generali principio nostro tacto super quætionibus præcedentibus. De repugnantia cognitionis Dei de vno obiecto in alio tanquam in medio, vt qu. 5. probabimus. Secundo specialiter ex summa infallibilitate physica, & metaphysica scientie cuiusvis diuinæ, quæ cognitioni huius naturalium futurorum in suis causis naturalibus etiam cum requisitis ad operandum deficeret. Posita quippe determinatione, quæ operandi suos effectus, in suis causis naturalibus, adstantibus etiam conditionibus, & requisitis omnibus liberum physicæ, & metaphysicæ Deo est cum illis concurrere, vel secus, sine cuius concursu præfata causa nequeunt operari: ergo positæ absolute causis naturalibus cum requisitis omnibus ad operandum, potest earum effectus, & physica, & metaphysica possibilitate absolute deficere, est evidens consequitio: ergo, & scientia, quæ in eis ita instructis causis naturalibus suos effectus absolute esse repræsentat, ac iudicat, tam physicæ, quam metaphysicæ falsa esse absolute potest. Patet: quia ex vi, & determinatione illarum, ita instructarum repræsentat, iudicatque absolute effectus, qui ab eis disjungi absolute, ac non esse, tam physicæ, quam metaphysicæ possunt: aut scientia, quæ tam physicæ, quam metaphysicæ falsa esse absolute potest fallibilis utroque genere absolute est, non infallibilis, vt omnis Dei scientia esse debet.

4. Vigetur: quia diuina scientia quævis debet esse physicæ, & metaphysicæ absolute infallibilis, non utrumque sed diuine: atque, etiam si existentia causarum naturalium cum omnibus requisitis ad operandum connexa physicæ, & metaphysicæ absolute esset cum existentia suorum effectuum scientia huius in causis eorum habita, etsi absolute infallibilis physicæ, & metaphysicæ foret, tamen non esset diuine, seu diuine Deo infallibilis: ergo eorum cognitio in suis causis naturalibus, cum omnibus etiam requisitis ad operandum Deo est impossibilis: siquidem non, nisi diuine, Deoque digne infallibilis scientia in Deo admitti potest. Staretur minor: quia causarum naturalium existentia, physicæ etiam ac metaphysicæ connexa cum existentia suorum effectuum, solum dicit connexionem vtriusque generis, & inseparabilitatem existentie causarum ab existentia suorum effectuum, creatam quidem, non diuinam, vt patet, quæ longe, imo infinite maior, (vt sæpe in simili ostendimus) est: ergo solum potest fundare infallibilitatem physicæ, & metaphysicæ scientie illius creatam, non diuinam. Patet: quia infallibilitas diuina necessitati, & connexioni diuinæ

medii cum termino, seu extremo in illo cognoscendo inniti solummodo potest: siquidem indefectibilitas, & necessitas veritatis diuinæ scientie, sicut, & cuiusvis prædicati diuini, immanens maior, constantiorque indefectibilitas, & necessitate quavis creata esse debet: quare solum indefectibilitati, & necessitati alicuius prædicati diuini, quod deficientibus ab existentia imo etiam à possibilitate (si fieri posset) creatis omnibus, nihilominus consistet.

5. Dices: Dei interesse suam scientiam infallibilem physicæ, & metaphysicæ, etiam diuine reddere: quare non posse non solum concursum causis naturalibus, ita dispositis exhibere; nisi antecedenter ad suam scientiam de effectibus illarum in ipsis, tanquam mediis, oppositum ipse decreuerit: tunc enim non effectus in ita dispositis causis, sed eorum negationes in suo decreto non concurrenti infallibiliter quidem infallibilitate diuina cognoscet. Contra tamen primo: quia vel pro illo priori, quo eius scientie effectuum in causis naturalibus, & cause, & effectus obiective præcedunt adest pro signo priori ad effectuum positionem causarum determinantium Deum ad effectuum suorum cognitionem positivè decretum diuinum concurrere cum ipsis, vel non præcedit, sed ab eo, vt minimum, præcenditur si positivè præcedit, non quidem in causis naturalibus creatis, etiam cum omnibus creatis, requisitis tantum (vt ea scientia ferebat quam impugnabimus) sed in eis, & decreto, tanquam medio ad quatuor naturales effectus à Deo cognoscuntur: de quo postmodum cum aliis pugnabimus: fin vero non præcedat decretum concurrere positivè pro signo, sed saltem præcendatur pro illo: in primis, scientia eiusmodi infallibilis diuine non erit, cum nullo prædicato diuino innitatur. Secundo: liberum Deo physicæ, & metaphysicæ erit velle, aut non velle, cum ita dispositis causis naturalibus concurrere: quare, nec scientia effectuum in ipsis physicæ, ac metaphysicæ infallibilis absolute, nedum diuine, erit, vt arguebam.

6. Dices: eam connexionem necessariam, & infallibilem, etiam diuinæ, tribui mediis, nempe causis naturalibus dispositis, non à decreto pro earum signo anteriori ad effectus in illis cognoscendos sed à scientia diuina horum in ipsis in primis deferitur conclusio, cum ad connexionem necessariam mediis cum effectibus, seu extremo in illo cognoscendo non solum naturales causas dispositas, sed diuinam aliquid vicius requiratur. Secundo nugatur solutio: ideo enim asseritur cognosci à Deo effectus naturales futuros in suis causis naturalibus dispositis, tanquam in mediis, quia hæc cum illis necessariam habent, & indefectibilem connexionem: ideo autem eam habere nunc dicitur, quia in eis tanquam mediis à Deo cognoscuntur. Tertio si ea necessaria, & indefectibilis connexio causarum naturalium dispositarum cum suis effectibus à scientia diuina horum in illis sit, cum ante assensum scientie cum diuinum prænotici à Deo debeat, vt vi, & determinatione causarum naturalium dispositarum absolute existentie effectuum pro cuiuscunque duratione sine futuri rationi assentiantur: fiet plane, vt pro priori illo obiectum diuina hæc scientia primam sui absolutam existentiam præcedat, sitque absolute, antequam absolute sit contradictione manifesta. Denique à priori: quia scientia omnis, vt certa sit, debet supponere obiecti certitudinem, & constantiam: quare, si alicuius in alio tanquam in medio scientia sit, huius cum illo necessariam connexionem debet supponere: non contra certitudinem mediis scientie certitudinem obiectivam, siue connexionem cum termino in illo noscendo fortitatur.

7. Dices: verum esse certitudinem obiectivam, siue connexionem indefectibilem mediis cum extremo in illo cognoscendo debere ad scientiam supponi, nec posse à scientia ipsa formaliter præstari, vt argumenta conuincunt: exterum posse medio certitudinem obiectivam cuiusque indefectibilem connexionem cum extremo in illo cognoscendo finaliter causari, vt plerique, imo omnia, quæ ex hinc quouis sunt, etsi eorum existentia finis existentiam physicæ, siue in genere cause formalis, siue efficientis antecedant, suam tamen existentiam ab hoc in alio genere cause finalis nihilominus habent: cum ergo Dei (vt hi dicebant) inter sit scientiam infallibilem, etiam diuinam, habere, vt eam ita assequatur medio connexionem indefectibilem proinde

videre ob illam tanquam finem tenebitur, sicuti & de mediis ad finem à se intentum atque tendendum. Contra primo: quia ex eo, quod Dei interit scientia suae de quocunque obiecto infallibiliter Deo digna, non inferitur eam scientiam habuerunt, quæ ex obiecto infallibili diuina non sit, vi hanc de naturalibus effectibus in suis causis naturalibus fore probamus: imo vero probatur potius ab eodem modo scientia Deum suæ diuinæ infallibilitatis in cognoscendo maxime abhorreret: contra secundo: quia infallibilitas Deo digna diuinæ scientiæ attributorum naturalium Dei est, ipsius naturam necessario nullo eius studio, arte, aut providentiâ consequens, neque ex ipsius intentione pendens.

8. Contra tertio: quia id, quod à Deo ex fine infallibilitatis scientiæ huius suæ prouiderit ultra causas naturales dispositas ad connexionem earum indefectibilem cum suis naturalibus effectibus absolute futuris, vel creatum est, vel increatum? Insignabile est firmius aliquid, creatum continetur actibus cum eis effectibus, quam causæ naturales ita dispositæ cum ipsis coniunctæ sint: ac prout scientia hæc physice, ac metaphysice fallibilis absolute erit: insuper non erit infallibilis diuina: Deoque digne, ut præfata argumenta demonstrant: sin autem diuinum aliquid ad eam indefectibilem connexionem à Deo prouideretur iam non in causis naturalibus dispositis solum, ut hæc ferebat sententia, sed in illo etiam diuino in prout effectus naturales futuri, tanquam in medio, à Deo cognoscuntur, quod in iam referendas, & refellendas sententias alias relabatur. Contra tertio: quia illud diuinum nihil aliud esse potest præter decretum concurrentis, cum causis ita dispositis; quod ob exigentiam causarum naturalium absolute existentium; & absolute dispositum libere à Deo concipitur, potestque ab ipso non concipi, ut in igne Babylonico, alitque quam plurimis miraculis patet; non autem concipitur decretum concurrenti ob scientiæ infallibilitatem; alioqui & necessario conciperetur: & quamuis libere, non tamen ob exigentiam causarum naturalium absolute positarum, & dispositarum (quod absonum, & contra omnes Philosophos, & Theologos est) siquidem morium, & finis infallibilitatis scientiæ huius suæ, & antieris est, & necessario à Deo obtinendum.

9. Soarius noster sententiæ impugnatae difficultates videns cum nostris communiter negat in causis naturalibus absolute positæ ac dispositis futuros absolute effectus suos à Deo cognosci posse, ac solum conditionate cognosci à Deo, nempe sub conditione concursus sui, ut si absolute existenti, & applicato igni non subtraxerimus concursum calefaciendi, vel inguendi lignum: et quo consequens, ut in eis ita positæ, & dispositæ causis, & non subtrahendo, sed absolute posito concursu suo, operationes, & effectus naturales absolute futuri à Deo cognoscantur. Hæc tamen opinio, ut verba sonant, quoad neutram partem, defendi à nostris vix potest, etsi aliquatenus ad effectus causarum secundarum etiam liberarum, cum harum concursu & operatione non identificant, sed titulo Primatus Dei in causando physice præuium, & anteriorem naturam esse voluit: in nostrorum vero verumque concursum identificante sententiâ idem in statu conditionato sub sui ipsius conditione cognoscitur: stolidè nimirum, si causæ secundæ naturales operentur operabuntur: & in statu absoluto ineptia non minori: operabuntur, quia operabuntur. Secundo, etsi hæc non obessent, tamen cum concursus Dei ad extra diuinum aliquid intrinsecum non sit sed pure creatum, eiusque cum effectibus creatis naturalibus connexio, etiam si pure creata; scientia illi solum imitens non erit infallibilis, Deo dignæ, seu diuinæ, ut supra ostendebamus: atque hæc impugnatio Thomistæ concursus Dei à concursu creaturæ realiter diuidentes æque confutantur, ut patet.

10. Tertia sententiâ est: eiusmodi naturales effectus cognosci à Deo in causis suis naturalibus absolute positæ, & dispositis, ac decreto Dei concurrenti cum ipsis, æque hæc credo Soarii, & nostrorum mentem esse, eam negationem subtrahendi concursum, siue pro eorum conditionata à suis causis futuritione in hypothesi ponunt, æque absolute pro eorum futuritione absoluta in suis causis.

Christoph. de Orreaga, de Deo Vno. Tomus I.

sis à Deo cognoscenda: ita ut negatio subtractionis concursus non formaliter (quo pacto idem quod concursus Dei identificatur iuxta hos doctores cum causarum concursu, & operatione est, siquidem negatio subtractionis formalis concursus, quæ negatio concursus est; affirmat concursum subtractione formaliter negatum) sed virtute, & in sua causâ quæ decretum concurrenti est ab hisce Doctoribus intelligatur. Sed aduertendum est, Vasquez nostrum, & Ascleas Vasquianos, atque vniuersim Doctores omnes, siue præfatos, siue iuniores, qui libertatem absolutam diuinorum decretorum non intrinsecè prorsus Deo formaliter, & prædicato constituunt, sed extrinsecè effectu, & operatione, quam ponit, hæc intelligentia, & explicatione minime iuuari: siquidem in decreto siue in hypothesi ad futuritionem operationis & effectus naturalis conditionatam, siue absolute ad absolutam positam, eadem naturalis operatio in horum omnium sententiâ continetur.

11. Sed tamen hi etiam, qui decretum liberum Dei intrinsecè Dei adæquate constituunt, sententiâ impugnantur aliunde. Primo: ob vsum mediæ ad cognoscendum in eo aliud Deo impossibile, ut ostendimus q. 5. Secundo: quia, cum non in solo decreto diuino atque ob illius solum connexionem indefectibilem causis cum suis naturalibus operationibus, & effectibus communicatam siue extrinsecè assistentem (alioqui in eo solo atque ob eius solum cum operationibus, & effectibus connexionem, hi à Deo contra hanc sententiâ cognoscuntur) sed in causis etiam naturalibus, & earum determinatione cognoscantur, scientia hæc non erit infallibilis prorsus diuina, cum aliqua mediæ adæquari parte creato alicui, nempe causis naturalibus, innitatur, ex quibus ab infallibilitate omnino diuina decidat, & claudicat: concludendum igitur ex dictis hoc certamine erit effectus naturales absolute futuros in suis causis absolute positæ, & dispositis, siue seorsim, siue cum decreto concurrenti diuino coniunctim sumptis à Deo tanquam in medio nullatenus cognosci.

CERTAMEN III.

Media formalia, in quibus Deus futura libera creata cognoscere habentur dicitur, recensentur.

1. Thomistæ Dominicani Recentiores, siue Banistæ ex rigidioribus aiunt: liberos arbitrij creati actus siue operationes absolute futuras in physica Dei causâ primæ præmotione præuiâ, siue physica qualitate creaturæ nostrum arbitrium antieris natura ad operandum adigente, ac ineluctabiliter physice prædeterminante, tanquam in medio, cognosci à Deo: ideoque præmotionem hanc, & prædeterminationem à Deo physicam arbitrij nostri excogitant, ut non obstante operationum eius contingentiâ, & libertate scientiæ de illis diuinæ infallibilitatem (quam aliter intelligere non poterant) ostenderent, atque obfirmarent: iidem decretum Dei efficax prædeterminationem physicæ admittentes, eadem ratione in ipso, tanquam in medio, eiusmodi contingentes, & liberos creati arbitrij actus cognosci à Deo affirmant; siue (quod idem est) in decreto Dei concurrenti ex parte sua cum arbitrio creato, ita referuntur ab eisdem Richardus in 1. d. 38. a. 1. Durand. ibi Scotus d. 39. quæst. 1. §. visio de contingentiâ. Alex. 1. p. quæst. 27. m. 7. & Caiet. 1. p. quæst. 14. certo vero docent Bañez ibi q. 13. dub. 3. Ledesma de auxiliis de scientia futurorum contingentium dub. 2. a. 10. ad 15. Aluar. de auxil. d. 12. & lib. 9. d. 92. Nauarræ controu. 19. §. 1.

2. Thomistæ vero ex Recentioribus, qui præfata sententiâ duriciem ferre non possunt, ac subinde non physicam, sed moralem solum præuiam præmotionem à Deo, atque prædeterminationem arbitrij nostri admittunt, in ea morali præmotione, ac prædeterminatione nostros liberos actus cognosci tanquam in medio fatentur, ac subinde in decreto eius præmotionis & prædeterminationis arbitrio creato immittendæ cognosci à Deo actus nostros liberos

xx 2

fateri

fateri potius tenebuntur. Moralis huius solum ac non physice præmotionis & prædeterminationis author primus extitit Ioannes Gonzalez Albelda Dominicus, qui Romæ postremis disputationibus nostrorum cum suis Dominicanis, pro ordinis sui sententia tuenda, interfuit: ac proinde, quasi è sui ordinis physicas illas arbitrio creato præmotiones ac prædeterminationes videtur abieciisse, dum in 1. p. sancti Thomæ solas morales admisit, ac physicas reiecit, in cuius sententiam eandem scripsit tandem insignis eiusdem Ordinis Magister & Primarius Salamancaensis emeritus Illustrissimus Arauco postquam Segovienisibus infusus (vt aiunt) extraxit tom. 2. in 1.2. Sancti Thomæ eisdem solum morales admittens, physicas vero prædeterminationes vt Sancto Thomæ, eiusque Germanæ scholæ suppositas abiecit, vt fufius controu. 3. d. de præfinitionibus prædeterminationis actum creati arbitrij referemus.

5. Neque minus ab hac Thomistarum sententia Vasquez noster abiisse videatur lectori in eius doctrina non satis versato, siquidem 1. p. d. 99. c. 8. num. 43. & 1.2. d. 26. c. 2. h. 17. docet arbitrio nostro congrua cogitatione præcedens, ac sic ad operandum disposito in denegatione conuersus ad operandum violentiam à Deo inferendam: Atque addit primo loco, consensum nostrum liberum antecedenter ad absolutam libertatis nostræ vsum posse à Deo præfinit, non in seipso, sed in congrua cogitatione. Ex quo admittendum ab ipso videtur in auxilio congruo, tanquam in medio liberos nostros actus absolute futuros à Deo cognosci. Sed (vt modo mentem in antecedenti doctrina relata Vasquez nostri explicare differam tantillum) consequens in eius doctrina, quæ ad præsentem facit quæstionem minime est in auxilio siue cogitatione congrua tanquam in medio nostrum consensum absolute futurum cognosci à Deo: quantum enim ex eius principiis colligi potest, cenfeo illum omnem medij vsum ad aliud in ipso, quantumvis determinatiuo, & determinare ad illud cognoscendum, repugnare Deo sensisse. Doctrina vero è citatis eius locis recitata efficacia auxilij antecedentem, & independentem omnino ab vfu libertatis nostræ, atque arbitrij creati operationi, siue physice, siue moraliter connexam nullatenus continet: siquidem 1. p. d. 67. c. 4. num. 22. & 3. p. d. 23. c. 11. num. 27. neque existentiam diuini concursus, neque præfinitionem consensus in auxilio huius entitati, inclinationique in actu primo, & congruitati competere innitue docet: totumque ratione scientiæ mediæ de futuro consensu sub eo auxilio asserit euenturum: quo à Thomistarum doctrina toto discrepat orbe: & quamquam congruitatem auxilij in maiori cogitationis viuacitate alias constituit: tamen potestatem arbitrij ad oppositam viuacitatem reddendam concedit: quare, & eius potestati indifferenti congruitatem subiungere: eis vero locis, ex quibus pro sua doctrina, absque posterius à se data explicatione posterioribus locis, recitatur, crediderim Doctorem doctrinæ constantiam, & consequentiam laude Theologorum præstantissimum ex indifferentia potius, quam ex determinatione, & propensione ad consensum congrue vocatæ voluntati violentiam inferendam intulisse, quia alterum extremum indifferentis potestatis contra id, quod indifferentia exigit, absque eius vfu redditur ea concursus denegatione impossibile.

4. Quod vero ad medium decreti, seu præfinitionis diuinæ attinet, videatur fortasse Soarius noster præfatis Thomistis consensisse lib. 1. de scient. futur. conting. c. 6. num. 6. vbi docet Deum efficiantia conditionata operum arbitrij creati sub tali, vel tali auxilio, & vocatione eiusmodi opera prius natura, quam ad executionem eorum ab arbitrio nostro veniant, ordine intentionis efficiantur quandoque præfinit: & semper posse, si bona opera sint, secus si praua, nec solum illa, quatenus ab ipso, sed etiam, quatenus ab arbitrio creato: ac subinde in ea, tanquam medio arbitrij creati opera à Deo infallibiliter videri: quia ea præfinitione ordine intentionis posita non possunt non eiusmodi opera executioni mandari atque absolute à nostro etiam arbitrio apponi consequente, impotentia non existendi, seu necessitate absolute existendi, non autem antecedente necessitate essendi, & impotentia non essendi: verum multis à Thomistarum sententia dissidet Soarius. Præterea enim medium necessarium, vt exi-

stant, futurae sint absolute, atque, vt absolute, futura cognoscantur arbitrij creati opera præfinitiones esse negat contra præfatos Thomistas, eorumque principia, quæ voluitque respicit: vnde fore sub conditione absque præfinitione illa fatetur, atque ita fore sub auxilio, & decreti indifferentem concurrendi hypothese tantum: eamque conditionatam scientiam necessario supponi, vt salua creati arbitrij libertate de eius operibus præfinitiones concipi à Deo possint: inde etiam non posse à Deo eas præfinitiones haberi de præuis arbitrij operibus asserit: quod in Thomistarum doctrina, & principiis non, nisi per inconsequentiam apertam dici potest. Denique neque de omnibus operibus arbitrij bonis haberi de facto à Deo eas præfinitiones defendit, sed haberi ab eo pro suo libito posse, de factoque eas solum cum fundamento in Deo asseri posse erga aliquot eximie prædestinatos. Est ergo Soarij sententia à præfatis Thomistarum valde discordans: quare & est in re præfata sententia secunda.

5. Arrahab etiam noster 1. p. etfi de formali constituto decreti liberi Dei à Soario illud adæquate per Dei intrinsecum constituturæ dissidet, atque cum Vasquez per extrinsecam, & creatam actionem constituitur, tamen diuinas præfinitiones cum suo admittere, eaque actione constitui etiam docet: at actiones ex fine præintento, quem essentialiter respiciunt, diuersificari eiusque absolute existentie realiter entitate sua, & intermediis subinde connecti: quare in actione reperiuntur à fine præinito, ob quem elicitur, & in reliquis intermediis, quibus, vel præinitio, vel decreta subsequencia constituntur, tanquam in eorum vicinis formalibus constitutis, tanquam in mediis, cum præinitum finem, tum media cognosci à Deo docet: atque eo sensu cognosci in suis libris præfinitionibus, & decretis contingentia, & libera opera futura: cæterum rationem à nobis in Doctrina præfata extrinsecas operationes, seu effectus decreta libera, & constitutibus obseruatum certam. 2. num. 10. post 1. num. subdodatus, operationem immediate proximam de actu, seu præfinitioni per ipsam constituit, in præfinitione, seu decreto libero, quod ipsa constituit, tanquam in medio cognosci à Deo non asserit: nempe, ne idem in seipso, tanquam in medio, cognosci à Deo cognosci fieri incipere teneretur. Porro cum noster Herize de constituto decreti liberi Dei per actionem creatam essentia, & entitate sua finis per illud intenci respectum ipsique essentialiter connexam cum suo Magistro Arrahabe conuenit, eandem doctrinam videtur in re præfata admittitur, etfi nihil ad rem hanc expresse, fors, quia illam supposuit.

6. Tamen tract. 1. d. 6. c. 3. num. 51. docet supposita scientia media actum arbitrij nostri sufficere à Deo illos cognosci absolute futuros in voluntate absolute præuente congrua cogitatione, & decreto absolute Dei de consensu indifferenter oblato voluntati, & arbitrio creato ad vtrumvis, id quod sola explicatione probari & ostendi potest. Si enim (inquit) nouit scientia sua conditionata Deus: si omnipotentiam parauero arbitrio huic creato per decretum indifferenter concurrendi. Et hanc ipsi cogitationem immiseri sententia: ac postmodum totam videt Hypothese purificatam per absolutum decretum indifferens, & absolutam huius cogitationis immisionem: qui fieri potest, vt inde absolute futurum arbitrij illius consensum non videat: hæc igitur sit quarta in re præfata sententia.

7. Quinta sententia Thomistarum etiam Dominicanorum asserit præscientiam absolutam Dei causam futurorum, etiam operum arbitrij creati, absolute talium esse, ipsique indetectibiliter, atque infallibiliter contentam: quare, & in ipsa libera nostra opera creatæ absolute futura infallibiliter à Deo cognosci, sic Aluarez de auxil. d. 16. Nauarette 1. p. quæst. 19. contrafert. 59. Cabrera 3. p. quæst. 62. a. 1. d. 12. §. 2. num. 57. & §. 15. num. 332. pro qua sententia referunt Sanctum Thomam 1. p. d. 14. a. 8. Magistrum in 1. d. 39. Albertum ibi a. 3. & alios ex præcis, neminem tamen fundamentum contingentia, & libera creatæ opera absolute futura à Deo cognosci in suis ideis: sic censere videntur ex antiquis plures Alenfi. 1. p. quæst. 23. m. 3. S. Bonauent. in 1. d. 35. & 39. d. 2. quæst. 3. Caietan. & Thomistæ Recentiores, tanquam ex more

Sancti Thomæ citato art. 8. atque hæcenus relatæ sententia: (si secundum Soarii, tertiam Arrubalis & quartam Herizæ nostri, & alteram nostri Valquez, (quæ ad primam Thomistarum falsò reducebatur) excipias, in aliquo antecedente natura ad arbitrii creati operationem, atque omnino cum illa connexo, abusive libertatis eius prorsus independenti illam absolute futuram cognosci à Deo defendunt.

9. Septima sententia fuit nostri Valentia: in 1. p. q. 14. puncto 5. 5. *Tertia assertio.* Arbitrii nostri actus absolute futuros à Deo cognosci in determinatione quadam voluntatis creatæ, non à Deo immixtæ, sed à voluntate ipsa præconcepit, & habita prius natura, quam operetur, & per quam constituitur in actu primo proximo ad operandum, quæ in re sequi se ait Durandum in 1. d. 38. quæst. 1. illum vero postea secuti sunt noster Salazar de conceptione c. 24. §. 3. num. 59. atque ex nostris germanis & aliis Recentiores nonnulli, vi ex familiari aliquorum ex ipsis hæc de re colloquio, vel didicimus, vel coniectamur: vulgatam quippe & arduam apud ipsos difficultatem esse competitum, quod à principio nec vnde determinatio operationis determinata procedat: quare, cum hanc arbitrii nostri determinationem à Deo independentem ab eiusdem arbitrii viâ immixtam exhorreant: ab arbitrio nostro autem præconceptam, vt suum actum determinationem eliciat.

10. Octava sententia adinuenta (vt in re Theologica pleræque alia (subtiliter in re præsentis fuit à nostro Molinæ 1. p. q. 14. ar. 13. d. 17. & qu. 19. a. 6. d. 3. & in concord. d. 37. 49. & 50. asserente liberos actus ob scientiæ diuinæ infinitam summamque perfectionem: quia creatorum omnium non modo comprehensio, sed supercomprehensio est, in arbitrio, & voluntate creatæ omnibus ad proximæ operandum requisitis instructa, etiam congrua cogitatione in actu primo proximo nihilominus indifferente, necneque determinata ad operandum, tanquam in medio, cognosci à Deo non solum quid possit (id enim comprehensionis cuiusvis est) sed quid sit absolute factura, id quod diuinæ super comprehensionis est proprium nempe vltra, & supra naturalem mediū ductum, & determinationem ad eius effectus cognoscendos porrigi, & extendi, Molinæ secuti sunt nostri Becan. 1. sum. c. 10. quæst. 9. & Complutenses Recentiores.

11. Nona demum sententia sit: liberos arbitrii creati actus absolute futuros à Deo cognosci in ipsorum præscientia non quidem quæ illos absolute causet, & natura antecedat (vt falso rebantur Thomistæ citati num. 7. sed quæ eis large causetur, certe supponat, ac sequatur; ac similiter in diuina de illis ita cognitris complacentia. Hæc sententia confectaria omnino est ei quæ ex Herizæ nostro retulimus q. 1. de mediis, in quibus à Deo creatæ possibilia cognoscuntur: in quibus, & eorum de istis comprehensionem, & de eisdem complacentiam diuinam recenlet, & de præscientia, imo & complacentia est expressa nostrorum Complutensium, Recentiorum: nec video ab aliquo, qui vltimū mediū, in quo aliquid cognoscat, Deo repugnare non iudicat (iudicatur autem expresse hæcenus nemo) hanc sententiam negatam: quare censco à pluribus, quia suppositam, non assertam.

CERTAMEN IV.

Media formalia Thomistarum Recentiorum absolute præcedentia natura, atque abusu arbitrii creati omnino independentia, & generatim, & speciatim reiciuntur.

1. Constat utrumque vniuersum primo communi tam ipsarum quam reliquarum recitatarum opinionum consuetudine generali petita ex repugnantia vltimū mediū formalis, in quo aliud cognoscat, in mente, & cognitione

diuinā, quam sæpe supposuimus, & q. 4. non vno solum ex capite ostendimus. Secundo confutatur vniuersum argumentum Thomistarum Recentiorum communi, & infensissimo desumpto ex inuitabili (meo quidem iudicio) præiudicio, & iactura libertatis, cum arbitrii creati in actu primo, tum operationum eius, quæ non aliunde, quam ex indifferenti, nec vllatenus determinata arbitrii, quæ proxime egrediuntur potestate liberæ vnicæ, & sunt, & ab Authoribus, & ratione. Hoc argumentum fuit satis instrum controuers. 3. d. 1. de Thomisticis præfinitionibus cunctaque aduersariorum effugia oburato præcludam.

2. Sed contra vnumquodque medium à Thomistis assignatum speciales præterea confutationes occurrunt, contra physicam prædeterminationem (præter multa alia, vbi de ea disputatio licuerit, à nobis proferenda) & re præfenti illud profero: etenim, vt certam. 2. notabam nihil creatum, cuiusque entitativa, & essentialis creatæ connexio cum effectu satis est ad fundandam diuinæ scientiæ infallibilitatem diuinam siue veritatem eius digne Deo, seu diuine indefectibilem: atqui physica hæc prædeterminationis cuiusque entitativa, & essentialis connexio cum consensu libero (talem esse permitto) creatæ est: ergo non potest fundare infallibilitatem, & indefectibilitatem à veritatem diuinæ scientiæ, diuinæ, Deoque digne: quare nec medium formale Deo esse in quo arbitrii creati consensum absolutum (esto liberum) cognoscat.

3. Medium vero moralis solum prædeterminationis ad quod huius horrore percussis mitiores illi Thomistæ se receperunt, modestius quidem cum arbitrii nostri libertate agit; sed cum diuinæ scientiæ infallibilitate irreuerentius: etenim, cum nec physice (ne dum metaphysice) adhuc, cum arbitrii nostri consensu connectatur, non solum digne Deo, seu diuine infallibilem consensum scientiam in ipsa, tanquam medio, fundare non potest, sed neque creato modo metaphysice, imo nec physice infallibilem: quare absolute prorsus fallibilem, atque à veritate defectibilem, & quæ ad scientiam humanam absolute talem non perueniat; sed intra opinionem, & prudentem, vt summum, humanam coniecturam teneatur.

4. Medium formale præfinitionis prædeterminationis operationum arbitrii creati siue decreti efficacis concurrendi cum illo antecedente ad vltimū libertatis; atque omnino independentem ab eiusmodi vlti à Deo habiti nulla alia ratione melius impugnatur, quam ostensione impossibilitatis eiusmodi decreti, & præfinitionis prædeterminationis, quam præstabo controuers. 3. propria neque angusta disputatione. Audiendus tamen Caluinus apud Illustrissimum Belcarium Merens. Episc. Oplusc. contra dogmata Caluiniana Parisiis cuso anno 1557. pag. 62. præfentem Recentiorum Thomistarum sententiam sic tradens. *Neque alia ratione Deum, quæ futura sunt, prævidere, nisi, quia, vt ita fierent decreuit, idcirco autem decreuisse, quia voluit*, ex quo reliquos Caluini errores pendere iure Illustrissimus concludit: innumera Caluini, Lutheri & assecclorum testimonia controuers. 3. d. citata suum de præfinitionibus errorem tradentium, tuentiumque adeo terminis Thomistarum horum pro suis præfinitionibus explicandis ac tuendis consona, vt mirum sit, Catholicos certe animo, fors & sententia, Patres, adeo, voce saltem tenuis, illorum erroribus concordare. Porro, quoad decretum seu præfinitionem hanc quocunque Thomistæ, imo & Scotistæ, (sunt enim etiam ex hac schola pauculi, qui ex praua, paruæ præceptoris sui Scoti intelligentia Thomistis hisce consentiunt, vt citato loco videbimus) asseratur, nulla est, vel, quoad rationem mediū formalis cognitionis diuinæ de futuro consensu, vel, quoad difficultatem, & confutationem differentia. Hi siquidem, qui moralem solum præmotionem, & connexionem cum consensu absoluto voluntatis, non autem metaphysicam, nec physicam in Dei auxilio recognoscunt, in decreto efficaci Dei de nostro consensu nec physicam, nec metaphysicam connexionem cum illo faterentur.

5. Medium præfientia: absolute de absolute futuro consensu libero facile confutatur: quia, est eiusmodi præfientia Deo adit, sique consensui absoluto connexa physice, & metaphysice imo & connexionem diuinæ infallibilitatis; inde tamen futurum absolute consensum libe-

rum voluntatis creatæ non posse natura, & causalitate præcedere, sed illum potius sequi, atque supponere certissimum est, ne voluntatis, & consensus absoluti libertas possum eas, id quod ratio naturalis euincit: Conciliaque, & Patres, ac, præter Thomistas Recentiores pauculos, Theologi reliqui supponunt cum inde præscientiæ absolute Dei infallibilem indefectibilemque veritatem cum prædicti consensus libertate, in primis, imo vix tandem, communi hoc axioma componant, quod prænotio, seu præscientia non sit causa prædicti: sed prædictum potius præscientia, & prænotio, ut non exigua eruditione, nec leuibus rationibus ostendimus d. 5. qu. 8. à cert. 2. per totam, iterumque præcedentiam prioritate naturæ præscientiæ ab futurum absolutum prædictum reiciemus controu. 5. d. 1. de prouidentia.

6. Inde etiam ideæ Diuinæ à ratione medii formalis diuinæ cognitionis de nostris contingentibus, & liberis actibus absolute futuris excluduntur: etenim ideæ diuinæ formaliter sumptæ, non sunt factorum præscientiæ, sed faciendorum prius natura, quam absolute sunt, siue factibilium scientia: quæ simpliciter intelligentiæ scientia est, atque diuinæ voluntatis, seu decreti liberi de faciendis directrix: quare, & cum decretis ipsam libere secuturis, & cum absolute per ipsa apponendis, atque cum decretorum, & absolute apponendorum negationibus componibiles: ut aduersarii ipsi fatentur: ergo scientia de absoluto futuro consensu ideæ formali Dei, tanquam medio inuitens deficiere à veritate absolute potest, etque absolute fallibilis: non autem diuinam scientiam deest absolute, & prorsus esse fallibilem: quod ipsum argumentum fit de ideis obiectiuis (quas nonnulli cum formalibus confundunt) seu essentia diuina, ut varie à creaturis faciendis imitabilis est. Neque enim ita considerata essentia absolute existentis consensus liberi, alteriusve creaturæ cuiuspiam connexa physice (necum metaphysice) est eamue necessario, & indefectibiliter infert: quare scientia de absolute futuro consensu ideæ obiectiue, tanquam medio inuitens esset absolute fallibilis.

7. Respondent Caietanus, & Alesce ideæ formales, etiam de futuro absolute contingencia nostra determinate talia non representent, sed solum possibilia illa, & factibilia: tamen ex coniunctione absoluti decreti subsequendi de ipsis absolute apponendis ea determinate futura absolute representare, ac proinde in illis extra fallitatis periculum cognosci à Deo posse verum, cum decretum de linea representandi, & intelligendi non sit, ex eius coniunctione augeri ideis representatio eius, quod non representabat, intelligi nequit. Secundo cito augetur: per representationem ipsi aduanciam consensus contingentis absolute futuri hunc absolute representaret, atque præscientia esset non ideæ, quæ essentia sua factibilium solum, non absolute factorum scientia est: quare, licet in ea representatione, qua tali, medium in quo cognoscendi contingencia absolute futura reperitur, non in ideæ, sed in præscientia reperiretur. Tercio decretum hoc si futuritionem consensus absoluti liberi independentem ab omni vñ libertatis arbitrij natura antecederet, ut Thomistæ plerumque volunt, destructiuum libertatis consensus, & subinde sui obiecti est: sin vero scientia media in sui positione à consensu absoluto nostri arbitrij impeditibili dirigatur, ac proinde ab eius vñ, & exercitio libertatis pendeat in Sotrij, & aliorum nostrorum medium aliud formale cognitionis diuinæ supra memoratum ibitur: de quo postmodum agitur: & tandem: cum solum decretum adiunctum ideæ totam determinationem, & coniunctionem cum absolute futuro contingentem, in coniuncto illo ex ipso & ideæ habent, æque in musica quavis, aut pulice, ut decreto de absolute futuratione, contingentis adiuncta contingens absolute futurum à Deo cognosci dicere licebit.

CERTAMEN V.

Media formalia reliqua à nostris Doctöribus assignata singulatim reiciuntur.

1. Dispicet primo medium formale assignatum à Valentia nostro certam. 2. num. 9. in determinatione voluntatis in actu primo proximo ad operandum, priusque natura, quam operetur, atque suum actum absolute eliciat: etenim, si ficta protulit, & chimerica hæc voluntatis auxilio congruo præuente determinatio in actu primo proximo ad operandum sit, (quo pacto medium verum formale realiter ad operationem absolutam cognoscendam ducens esse non poterit) vel erit à voluntate indifferente, ita præuente proueniens, vel ipsa ita præuente identificata: si proueniens: ergo ab indifferente principio libero potest realiter prouenire aliquod determinatum effectum: nisi ad hanc determinationem aliam priorem à voluntate sic præuente egressam præcedere admittat: in qua tamen, & in quavis anteriori argumentum recurrit, & consequentiam admittit, vel in infinitum processum anteriorum, & anteriorum determinationum voluntatis abire absurdissime cogitis: sin vero à voluntate congrue vocata, & determinatio vera, ac non chimerica, realiter non differt. Ergo implicat illam veram esse determinationem ad operandum. Pater: quia per hos Doctores ita vocata voluntas vere & realiter est indifferens principium ad operationem: huic indifferencia principij contradicit determinatio: ergo, si hæc à voluntate ita vocata, & præuente reipsa non differt, idem reipsa erit principium indifferens, & indeterminatum, ac rursus determinatum, & non indifferens principium operationis eiusdem contradictione manifestat.

2. Ad hæc in principio reipsa indifferenti, nequit per hosce cognosci à Deo, tanquam in medio, determinata eius operatio, ac proinde ab eis determinatio hæc in actu primo proximo ad operandum excogitatur: atque ea etiam admissa identificata realiter, cum ita præuente, & vocata voluntate reipsa indifferens, & indeterminatum principium est. Ergo non est verum medium formale ad cognoscendum in ea absolutam determinationem operationem: vel potius implicatorie medium reipsa erit, & non erit. Tercio: cum nihil in eo principio coniuncto ex voluntate, & vocatione congrua sit, cuius positio à nostra pendeat voluntate: ac determinationem cum ipsa identificatam, necessario, & inuitabiliter à nostra voluntate eius operatio sequatur: nulla voluntatis nostre operatio proxime, imo nec remote libera erit. Nec pater eius recursus ad apparentem (meoque iudicio censoriam) solutionem, de dependentia positionis absolute vocationis congruæ à nostro arbitrio, eiusque vñ à Sotrio pro suis præfinitionibus excogitatum: quod deus vocatio scilicet ex scientia media futuri consensus conditionate, si ea vocatio deus: siquidem ea scientia media futuritionem conditionatam consensus (sub nuda vocatione representabat; non sub ea, & determinatione voluntatis in actu primo proximo, quam per hosce physice, ac reipsa constituit, cum qua negatio operationis voluntati est antecederet impossibilis.

3. Quinto arguo: admissa eius determinationis libertate nostra, quam hi Doctores volunt, & quæ esse nequit, si cum voluntate congrue vocata identificetur: si enim ea determinatio ad bene operandum libera nobis sit, erit, & honesta, & meritoria, & quidem sine immediata dependentia à Deo: quandoquidem per eosdem Doctores à voluntate, & vocatione congrua physice, & realiter non differt; sed solum moraliter, & quasi ratione sola: ac proinde physico Dei concursu, & determinatione vltioris opus non habet, sed solum nostra determinatione. Denique (ut plura alia omitam, ac sensum germaniorem horum attingam) moralis hæc determinatio voluntatis in actu primo congrua vocatione præuente, eique pro illo priori

priori identificata solum potest, intelligi, vel quia consideratur, cum cogitatione, & futitione conditionata contentus, & operationis arbitrij sub illa futura: est placet etiam cum media scientia de eiusmodi conditionata futitione, & sic male appellatur moralis, aut physica voluntatis determinatio: est quippe determinatio pure logica, cuiusdem tandem ad seipsum, secundum statum diuersos, ut infra contra Herizem ostendimus: quare medium, in quo operationem nostram Deus cognoscat esse non potest. Alter moralis illa determinatio voluntatis congrue vocatur in actu primo ad operationem, potest absque futitione conditionata illius, ac de illa scientia intelligi, ob intentionalem vocationis motionem, ita viuam, & vehementem, cui, non nisi maxima difficultate, moraliter loquendo non superanda, resistitur: ita enim determinatio moralis voluntatis congrue vocatur in actu primo physico percipi potest, & id quidem in Thomisticam prædeterminationem moralem fere recidit. Verum illi tanquam medio inniteus scientia nequit esse metaphysice, imo nec physice, nedum diuine, infallibilis, ut contra prædeterminantes moraliter Thomistas dicebamus.

4. Displicet item Molinæ sententia. Primo ob doctrinam, & lumen naturæ notam rationem S. Thom. 1. p. q. 14. a. 13. illis verbis. *Alio modo quam in seipso, consideratur contingens, ut est in sua causa, ac sic consideratur futurum, & ut contingens non determinatur: quia causa contingens se habet ad opposita (futurum quidem causalitatis posterioritate non temporis) & sic contingens non subditur per certitudinem alicui cognitioni: quia nimirum est ex sua causa futurum de facto determinate sit in se, in illa tamen determinatio non est: Vnde quicumque cognoscit effectum contingentem in sua causa tantum, non habet de eo, nisi coniecturalem cognitionem.* Hanc ipsam sententiam, & rationem repetit qu. 57. a. 3. qu. 86. a. 1. contra gent. c. 66. & 67. & in 1. d. 38. corp. ubi habet. *Quidam sunt causa que se habent ad utrumque, & in istis causis effectus de futuro nullam habent certitudinem, vel determinationem; & ideo contingencia ad utrumlibet in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quando efficiuntur in rerum natura tunc habent esse determinationis, & ideo quando sunt in actu, tunc certo cognoscuntur.* Ad 2. Futurum contingens non est determinatum, sed dum est in actu est determinate verum. Ex ad 3. ait: relate ad diuinam cognitionem futurum contingens necessarium esse, quia ad illam non refertur, nisi secundum quod est in se actu. Ad 6. ait: scientiam Dei non respicere rem contingentem, nisi, ut est in suo esse actuali presentia: quia, si vidisset Deus causam, & iam vidisset immediate effectum in suo esse, nunquam potuisset illum certo cognoscere, quæst. 2. de verit. a. 12. *Ut contingens non sit determinatum, quoad futurum est (nempe futitione, & posterioritate causalitatis, relate ad primæ causæ, ut supra primo loco, ac semper intelligit) tamen, ex quo productum (pro natura posteriori) est in rerum natura, veritatem determinatam habet: & hoc modo super illud fecit incertus diuina cognitionis, & corporis contingens ut futurum (natura priori) est per illam cognitionem cognosci potest, cui falsitas subesse non possit: ac proinde concludit, ut futura, diuine scientiæ, cui falsitas subesse nequit, non posse subiacere.* Præclarissime in eadem sententiam scripsit 1. contra gent. c. 68. & 2.2. quæst. 171. a. 6. ad 2. *Diuina præscientia respicit futura secundum duo scilicet, quod sunt in seipso, in quantum scilicet, ipsa presentia interius, & secundum quod sunt in suis causis, in quantum scilicet videt ordinem causarum ad effectus: & quamuis contingencia futura, prout sunt in seipsis, sint determinata ad unum, tamen, prout sunt in suis causis, non sunt determinata, quin possint aliter euenire &c.*

4. Et hæc sane doctrina, & ratio sancti Thomæ adeo præcipua, & constans contra Pseudo-Thomistas Dominicanorum decet, contra quem sic S. Thomæ edissero rationem, quia voluntas creata coniunctam sumpta, cum omnibus requisitis ad proxime operandum per S. Thom. (ut per Molinam acceptum) indifferens, & indetermina-

nationis illius in actu primo consistentis propugnatorum) neutri extremo determinate connexa est, eademque cum futitione operationis, atque cum eius negatione persistet: ergo eodem modo ad vnius cognitionem ducet, ac determinabit, atque ad alterius cognitionem: quare, vel ad neutrum, ut volumus, vel ad vtrumque cognitionem: quod implicat, sicuti & eius obiectum: scilicet operationem voluntatis absolute fore, & eandem absolute non fore. Secundo: esto, non determinet ad vtrumque extremi contradictorii absolute futuri cognitionem; aut cum posita etiam negatione absolute futuri cognitionem; (cum qua, ut diximas, voluntas cum requisitis omnibus coniungibilis est) eadem, eodemque modo absque vlla sui ex parte actus primi varietate voluntas persisteret: tunc etiam in absolutam operationis futitionem duceret cognitionem iuxta vulgare proloquium, *idem in quantum idem semper est natum facere idem*, ac proinde scientia in illa, tanquam in medio, falsa esset: quare & quæ nunc, quando de facto operatio absolute est futura, non est infallibilis de se sed prorsus fallibilis: quorum omnium ratio à priori est: quia connexio necessaria medijs cuiusvis, siue physici de quo agimus, siue logici necessaria cum eo, quod determinate esse fore in illo cognoscitur cum medijs indifferentia, & indeterminatione ad coexistentiam cum ipso, vel cum eius negatione, contradictorie repugnat.

6. Quatro demum ex ratione summa atque infinitæ perfectionis comprehensionis diuinæ, qua in eam doctrinam impulsus Molina est, impugnatur: quia, quo magis, ac perfectius penetratur, & comprehenditur indifferens voluntatis potestas, eo magis, & perfectius cognoscitur eius inconnexio cum sua absolute operatione, ac subinde eius coniungibilitas cum absolute negatione illius: ergo, & inepitudo, ut medium sit, in quo certo operationem absolute fore cognoscatur: quocirca, etsi imperfecte cognita indifferens illa potestas decipere ignarum posset, ut ipsi tanquam medio fideret ad assensum absolute operationis eius futitioni; aut gnatum eius indifferens, scilicet hominem ad eiusmodi assensum, non posset retrahere: nedum perfectissime, summe, & infinite illam comprehendente Deum. Denique, quomodo ad diuinam scientiam, & comprehensionis causæ perfectionem reducat ea tanquam medio vti fallibili quidem, & subinde, ex quo scientia eius fallibilis necessaria, ut vidimus, euadat ingenii mei tarditas assequi non valet.

7. Medium formale præfinitionis diuinæ de futura absolute arbitrij operatione scientiæ tamen mediæ inuenientis memoratum certam. 3. num. 4. duplex medium, seu duplicem medijs rationem includit, quia duplicem cum operatione connexionem. Alterum ratione conditionate futitionis, & scientiæ, quam supponit, alterum ratione præfinitionis ipsius. Primam inferius contra Herizem, & Recentiores refellimus: secundam contra Soarium, & recentes non pauciores (præter generale principium nostrum quod medium in quo aliud cognoscatur à diuina mente quæst. 4. relegabit) speciatim impugno, quia eiusmodi præfinitiones sunt impossibiles. Et, licet rem non alre penetrantibus Soarius cum arbitrij creati, & consensus libertate agere videatur benigne, eas tamen vtrumque libertati esse iniurias, & aduersis diluicide cum profundioribus, ex nostris doctoribus ostendam controuersi. 4. ex instituto de eis disertans d. 3. Secundo eodem modo actus indifferens, & præfinitus, & cognoscitur in sua præfinitione à Deo poterunt, cuius oppositum in primis Soarius statuit. Tertio: cum ipse 1. p. a. de attributis c. 22. num. 14. & c. 27. num. 12. decretum prius, quam eius obiectum, cognosci neget, simul cognoscitur necessario, non vero vnum ex motione, & determinatione intentionali alterius, tanquam medijs Arrubalis, & sequacium paucorum formale medium, quoad speciale, quod addit, certam. 3. num. 5. ex falsitate suppositionis eum de constitutione decreti liberi per creatum aliquid, tum de diuersitate operationum quarumvis ex diuersitate finis, ob quem exercentur, cum denique, quia adhuc connexionis eius, siue cum fine, siue cum medijs, siue cum suo termino immediato, creata cum sit, scientiam diuinæ infallibilem, seu diuinam fundare non poterit.

8. Nona

9. Nona sententia Herize, & Recensorum relata certam, 3. num. 11. duplicem habet partem: in quibus duplex etiam medium formale designat. Primum futuritionis, & Scientia conditionata, ac purificationis conditionis, quod pluribus quam explicatione sola (vt putabat Herize) videtur egere: etenim futurum absolutum à conditionato re ipsa diversum non est, sed idem soloque statu diversum: eidem autem ad seipsum è sola statuum diversitate medium verum, & reale esse non potest; alioqui status possibilitatis rei ad eam secundum alios status cognoscendam, adiuvis saltem aliis mediis aptum foret: & Ratio est: quia eiusdem ad seipsum, adhuc secundum diversos status ipsius connexio identitatis est, & metaphysica, mediis logicis solummodo apta; non autem physica alterius ad alterum, vt ad verum, & physicum medium, de quo hic, oporteret; etsi autem conditionata Scientia diversa realiter à futuro, & conditionato, & absoluto sit, tamen eius cum absoluto connexio, etiam purificata connexione, extrinseca est, eademque, que est sui obiecti conditionati cum absoluto, ac non alia: quare nec connexionem logicam prætergreditur. Secundum medium de futuro absoluto complacentia, & comprehensione, & similibus, futurum absolutum supponunt: quare, & perfectissimè in seipso comprehensum, & penetratum apertius, & scitativè; & impossibilitatis movendi diuinam mentem, vt illud iterum in ipsis cognoscat arguuntur vt ex dicendis iam qu. 5. patet. Rursus comprehensio, & complacentia de absolute futuro contingenti extrinsecus in huius Sententia per contingens ipsum constituitur ob alterius libertatem: vel ergo medium est comprehensio, & complacentia, secundum extrinsecum etiam, quo vniuscuiusque libertas constituitur, & iam idem secundum statum eundem sui cognoscendum medium formale erit repugnantia clariori: vel præcise, secundum, quod in illis intrinsecum est: & fiet primo: Beatos omnes æque omnia futura absoluta contingentia videre: cum extensivè (vt sic loquar) totum Deum, quoad intrinsecum, ac non realiter formaliter liberum, æque videant. Secundo: cum quidvis Deo intrinsecum maioris necessitatis, quavis creatura sit, adhuc possibili, ipsique proinde entitativè inconnexum, nec ducere poterit infallibilitate diuina increari cuiuspiam absoluti cognitionem. Tercio: nec absoluta infallibilitate in contingens absolutum: quo deficiente (vt absolute potest) intrinsecum totum realiter formaliter non liberum, eodem modo peritaret. Nec parerit recursus ad commemoratorem, quæ nihil reale intrinsecum Deo addit, sed pure rationis, medio, scilicet reali, & vero constituendo profusus ineptum. Nec momenti alicuius quidpiam pro aliquo ex impugnatis modo. contra nos obicit potest, quod non sit datus impugnacionibus dissectum, vel ad præsens spectet: sed ad alia solum loca, ad quæ aliqua impugnacionum principia probanda, & defendenda remissimus.

10. Illud denique in nostro Valquez 1. p. quæst. 66. c. 2. videntur nonnulli, quod, & in Arrubale: quod, cum decreta Dei efficaciam, & libera operatione, & effectu constituent absolute, atque hoc respectu consensus nostri comitantur se habere, non autem antecederent natura, & causalitate asserant, vt saltem arbitrij, & consensus libertatem, nihilominus consensus Dei causam diuinæ præscientiæ de absolute consensu fiantur: quia, inquirunt, secluso consensu, & operatione voluntatis, quo decretum ipsum constituitur, nihil est intrinsecum Dei in decreto illo, quod infallibiliter cum consensu connectatur; consensus autem ipse, quo decretum constituitur, ad seipsum cognoscendum medium esse non potest: item, cum decretum hæc causa partialis, & comitans solum voluntatem nostram per Valquez, & Arrubalem sit nec illam secum ad operationem trahens, ne pereat operationis eius libertas; ex ea etiam parte medium erit fallibile, ac subinde diuinæ Scientiæ ineptum. Verum, nec Valquez ibi, neque Arrubal in eis locis docent diuinum decretum liberum efficaciam concurrenti ex parte sui, quod operatione, & sua, & nostra constituitur, medium formale Deo esse, in quo operatio ipsa cognoscatur, sed solum causam esse, per operationis nimirum cognite positionem præscientiæ de illa diuinæ: quod nil aliud est quam asserere decretum Dei esse medium materiale præ-

scientiæ diuinæ de operatione creata. Contra hoc autem nihil præfate impugnaciones præstant, etsi aliàs difficile explicetur, quo pacto nostra operatio à decreto diuino, quod ipsa constituit, effectivè causetur, de quo controu. 3. vbi alia contra decretum comitans Valquezij, & aliud parum dissimile Recensorum expendimus.

QVÆSTIO IV.

An in medio negationes possibilium, & necessaria chimærarum, seu impossibilium secundum omnes suos status, ac insuper entia moralia à Deo cognoscantur?

DIXIMVS d. 4. qu. 4. negationes absolutas contingentes possibilium, & quæst. 5. negationes necessarias chimærarum seu impossibilium, seu, quod idem est, impossibilitatem se non entia, & necessario subinde ab entibus, & existentia remota, ita secundum se, & vt in se suo modo sunt, à Deo cognosci, vt opus non habeant alio, in quo, seu ratione cuius cognoscantur: id autem assertum non prohibet, quo minus in alio, tanquam in medio, cognosci utraque viterius possent: id quod nunc examini subicimus, & quoniam cognitionis medium materiale, & formale esse potest, nihilque de medio materiali de antecedenti de præfatis negationibus diximus, de medio ipsarum cognoscendarum utroque in præsentium agemus, & quidem secundum omnes ipsarum status possibilitatis, & de nobis contingentibus negationibus conditionate futuritionis, & futuritionis absolutæ.

CERTAMEN I.

Media negationum omnium possibilium, conditionatorum, & existentium examinantur.

1. **D**E mediis materialibus earum negationum secundum statum possibilitatis assignari habitus possibiles earum possent; sed tamen, vt ex dictis citata qu. 4. liquet, licet à nobis pro hoc statu, non, nisi in ordine ad eos cognosci valeant: alii, cum, nec habitus predicti cum suis negationibus physice connectantur, nec negationes possibiles cum ipsis, neque tanquam à termino, neque tanquam à principio, in sua possibilitatis consistentia, negationes eorum habituum possibilitatis apponeretur, vt apponere debet, ad hoc, vt medium ipsarum pro statu possibilitatis suæ cognoscendarum materiale adhuc, illorum possibilitatis esse possent: quare habitus possibiles à ratione mediij materialis ad cognitionem negationis possibilis videtur iure amouendum.

2. Dicendum tamen est negationes possibiles quales à suorum habituum possibilitate vt à termino necessario pendere ac proinde illorum possibilitatem medium materiale cognitionis possibilium negationum quæ rationem esse. Probatur: quia possibilis negatio, (& quæ à necessaria negatione chimærarum, quæ è conceptu & essentia sua existens suo modo negatiua est, à quo nequit præscindere sicuti neque à sua actuali existentia Deus, vt qu. 5. citata dicebamus) à sua actuali existentia negatiua præscindit, estque è conceptu, & essentia sua in existentia actuali negatiua contingens, alii nequit esse possibilitas in sua actuali existentia negatiua contingens, nisi habitus possibilitatis sit: ergo pendet ab eo negationis possibilitas, tanquam

tantum à termino : ac proinde habitus possibilitatis erit medium materiale possibilitati negationis , vt cognoscatur. Minor proxima patet : quia, si habitus possibilis sit, negatio eius non erit possibilis contingens , sed negatio necessaria, sicut chimæra : contingencia enim dicit mutuum utriusque extremi possibilitatem : quare altera alterius medium materiale, tanquam contingencia terminus, est.

3. De omnipotentia dubitari potest an sit medium materiale, possibilitatis negationis contingens, non quia eius possibilitatem active apponat, non enim ita apponit, sicut neque habitus possibilitatem active efficit, sed supponit potius, vt habitum absolutam existentiam donec : solum ergo dubitari potest, an ab omnipotentia tanquam à termino negationis possibilitas pendeat, atque apponatur id quod negandum videtur, quia omnipotentia facit libellum, & positum est, seu illorum in quæ esse potest insistere : non autem negationum, quæ esse recipere à nullo possunt. Confirmatur, quia cause actus defectus medium apertus est, vt negatio eius sit, sublatæque à possibilitate cause effectus eius negatio, determinaturque, erit, non solum possibilis, sed existens, vt patet : ergo omnipotentia non est terminus necessarius ad coexistentiam possibilitatis negationis : siquidem ea sublata per impossibile, finitior eorum possibilitas peristeret : quo circa, etsi possibilitas habitus ab omnipotentia, tanquam à termino necessario pendeat, ac proinde hæc medium materiale sit, vt habitus possibilitas cognoscatur, secus in possibilitate negationis habitus omnipotentia videtur habere.

4. Dicendum nihilominus est omnipotentiam esse remote requisitam, & terminum mediarum possibilitatis negationis habitus : ac subinde medium materiale, vt negatio habitus in statu possibilitatis à Deo cognoscatur. Hæc conclusio probatur ex prima, siquidem cuiusvis contingencie possibilitas pendet tanquam à termino à possibilitate extremi ipsi oppositi : contingencia enim cuiusvis dicit essentialiter extremi oppositi possibilitatem : atque possibilitas habitus pendet ab omnipotentia Deo tanquam à termino (est siquidem habitus, sicut & creatur quodvis essentia sua eis & possibile ab alio :) ergo possibilitas negationis habitus pendet remote & mediate ab omnipotentia, tanquam à termino. Patet : quia, quod pendet ab alio, quod immediate pendet ab aliquo alio, eodem dependentia genere mediate, & remote pendet ab hoc aliquo. Confirmatur : quia negatio habitus non est negatio à se, & necessaria, vt negatio chimære inlibita in conceptu impossibilitatis eius : ergo est negatio ab alio, seu à Deo in primis, solummodo possibilis : aut nequit esse à Deo cuiusque omnipotentia immediate, vt bene rationes dubitandi concludunt : ergo solum mediate : quatenus habitus sui possibilitas ab omnipotentia tanquam à termino sua consistentia necessario pendet : idem sua proportionem dicendum est de voluntate, & libertate diuina, à qua ad habitus edendos omnipotentia applicanda est.

5. Dico tertio : negationes operationum omnium, & actuum vitalium viterius causarum, quas tam operationes, quam vitales actus essentialiter respiciunt possibilitate mediate & remote, quoad possibilitatis suæ statum tanquam à termino pendere : ac subinde causarum possibilitatem medium materiale esse, vt negationum harum possibilitas à Deo cognoscatur. Huius conclusionis ratio eadem mutata solum materia est, atque conclusionis proximæ, ob quam ipsam similes conclusio quarta statuenda est de negatione modorum, vt mediate scilicet à possibilitate terminorum & rerum quarum modi & actiones sunt, quoad suam possibilitatem eorum omnium negationis, tanquam à termino pendeant. Nec video, quid iam aliud ratione dependentia possibilitatis negationum habituum, siue creaturarum tanquam à termino, siue aliunde assignari vt medium materiale posse, vt ex negationes in sui possibilitatis statu cognoscatur. Nam quod formaliter ab omnipotentia possibilis siue positiva siue negatiua creata sunt, vt alio & alio modo Valentia & Ribade ney- ta defendunt, falsum esse quæ. ostendimus.

6. Quoad statum conditionate futuritionis, quem negationes omnes creaturæ unum mediarum respectu Dei habent (si actus, & omissiones omnes voluntatis diuine li-
Christoph. de Ortega, de Deo Uno. Tomus I.

beræ adequate per Deo intrinseca constituentur (dicendum quinto est : ab omnino conditionatis vel decreto, vel omissione eius ex parte hypothese adhibitis tanquam à principio suo modo actiuo pendere : ac proinde media esse materialia, vt in statu futuritionis conditionate cognoscantur, & remotiora etiam materialia media esse motiua, & eorum scientiam, ob quæ Deus, vel positiuorum positiones ommitteret, vel esse eorum negationes decerneret, respectu vero earum, vt liberarum, cum mediare solum liberæ ex decreto illo in hypothese forent materialia media proxima erunt, quare & earum, vt propria conditionate futuræ sunt : cum id è conditionata contingencia & libertate habeant. Respectu autem conditionate futuritionis eiusmodi vel decreti vel omissionis liberæ Dei, (sicuti & aliorum omnium liberorum Diuinorum) nuper dicta medium materiale proximum erunt, vt prefati actus vel omissiones liberæ sub conditione futuræ à Deo noscantur. Respectu autem negationis liberæ etiam nobis sub conditione futura ea solum proportionem seruata admittenda tanquam media, & principia ex parte hypothese sunt, quæ ad contingencie actus futuritionem conditionatam admittimus : eaque reiicienda, quæ ad horum conditionatam futuritionem reiicimus : quare absoluta subiectiue & obiectiue conditionata decreta, tam pro conditionatis contingentibus negationibus nostris, quam omissionibus diuinorum decretorum abigi prorsus debent.

7. De mediis, quæ absolutam futuritionem negationum creaturarum contingentium, apponant ac proinde cognitionis de illa media materialia Deo sint nihil positum quod ipsarum & voluntatis libertati officiat admittendum est, quid autem, qualeque illud sit ex dictis quæ. satis apparebit. Dixi de contingentibus, & liberis nostris negationibus, de non liberis enim absolute futuris ex defectu causæ partialis, seu requisiti cuiusvis, vt absolute earum habitus siue positiva entia quæ à rebus formaliter amouent, apponantur satis esse absolute futuras eorum negationes satis claret, cum absque omnium requisitorum ex parte causæ coniuncta poni in rebus entia positiva absolute nequeant : quare & ipsa absolute in rebus non esse sed potius eorum negationes sit omnino necessarium.

CERTAMEN II.

Media formalia negationum, & entium moralium excutimur.

1. Sane de mediis absolute negationis creatæ cognoscenda disputatum à Doctoribus hætenus inuenio & de negationibus impossibilium necessariis, non de materialibus quidem, sed formalibus mediis : illaque in habitibus solum cognosci à Deo, quatenus cognoscit eas, suos habitus non esse, absque alia earum directa representatione, docuisse Soarius refertur ex tom. 2. metaph. d. 54. sect. 3. nu. 22. id quod non est medium formale cognitionis earum designare, sed ipsarum secundum se negare cognitionem, quam contra ipsum probauimus disp. 4. q. 4. sicuti, & de chimæris, seu negationibus absolutis, & necessariis in eis inclusis quæ. ad quas media materialia adhuc nulla assignari possunt, quandoquidem, & à se negare sunt, sicuti, & à se Deus positus est : quare nihil est à quo alterutrum, siue positum siue negatum apponatur.

2. De mediis formalibus cognoscendi iam positas, & suppositas negationes rerum, siue in statu possibilitatis, siue futuritionis conditionate, (si contingentes, & liberæ respectu Dei, vel respectu nostri etiam sint.) siue absolute futuritionis, ex necessariis terminis seu principis hætenus pro quouis eorum statu designatis ex omnes sententiæ possent referri, quas questionibus præcedentibus pro formalibus mediis cognoscendi pro eis statibus entia positiva reuolimus & confutauimus, verum epretenda hic, ac confutanda de nouo non sunt : cum earum

Y y rum

rum confutationes ad materiam præsentem nullo negotio accommodari possunt: scio Recentiores nonnullos asserere Deum per discursum virtuale ex negatione cognitionis entis positivi eius negationem cognoscere, sicuti nos ex negatione visionis lucis apertis oculis lumen non esse cognoscimus, verum si negationem visionis suæ, ac non in medio alio cognoscit Deus, cum ens, cuius negatio est, non videt: cur non, & entis positivi negationem in se, & absque medio vilo videat: neque hac via negationes ut possibiles à Deo cognosci poterunt, cum negatio possibilis habitus possibilitatem non amoveat.

3. De negationibus necessariis chimærarum, & impossibilium dicendum est, nullum pro eis cognoscendis formale medium Deo superere. Probatum facile, quia negationes huiusmodi necessariae, & à se actu, & exercite essentia sua existentes cum nullo connectuntur, neque ab aliquo, adhuc tanquam à termino, inferuntur, aut determinantur physice cum à se prolixius suo negativo modo, sint, quare respectu illarum, ne vltra quidem, medij formalis apparet, quod nec si ab alio in suo actuali esse negativo penderent determinarenturque, eique subinde conpenderentur, assignari deberet ob rationes questionibus præcedentibus datas, dandaque quæ.

4. Porro de mediis, tam materialibus quam formalibus pro cognoscendis à Deo entibus rationis, chimæris scilicet, sola cognitione existentibus definire promptum est. Materialia enim media cognitio illa representans, tam humana, quam divina erit: alterutra enim, & cognosci, & in suo intentionali, & obiectivo esse apponi d. 5. quæst. 5. monstravimus: de medio vero formali dicendum est: pro eis figmentis cognoscendis Deo adesse nullum, ob generales rationes quæ 5. dandas, & quia ratione connexionis cognitionis suæ cum ipsis cognosci cum illa, non autem in illa coniungitur, ut supra retigi, & quæ 5. persequat prolixius.

5. De mediis tandem pro moralibus entibus à Deo cognoscendis æquo longius à nonnullis disputari otiose & inutiliter video, cum satis sit in superius dictis definitum: etenim quidquid hæc entia reipsa, in quavis sententia Philosophorum, & Theologorum, virtutisque sine (quibus entia moralia omnia continentur) positum physicum ens, vel negatum suæ ex positivo, & negativo, seu privatio constans esse solummodo potest: quare cuiusvis moralis entis, ut reipsa, ac sine mentis fictione est, quoad eius negatum, & quoad propriam secundum omnes eius status media tam materialia, quam formalia examinata abunde in superioribus remanent.

6. Quia vero mens nostra rebus, seu negationibus, quibus reipsa constant relationes rationis quodpiamque aliud figmentum superponit proxime etiam definitum de eorum mediis tam materialibus, quam formalibus fuit n. 4. Quod autem nonnulli hæc entia moralia, nec entia reipsa posita, nec reales negationes, nec ex entibus realibus, & realibus negationibus constata, sed quoddam aliud entis veri, ac non ficti genus esse aiunt ridiculum est, atque à nostri Vasquez non satis ipsum intelligentibus, Ascleis ex cogitatum, ut eum ab in postura liberent, aliquorum, qui vicia virtutisque relationibus putre rationis formaliter constitui, tanquam Vasquii doctrinam referrebant, ex qua absurda plura contra ipsum inferebant facile.

7. His ut Ascleas occurrerent, genus hoc moralis entis, nec physici, & realis, nec rationis, sed veri, atque inter utrumque medij excogitavit, & sub entis imperceptibilis caligine, & specu positi dispici adhuc ipsi, ab adversariis non possent, ne dum videri, ut suis difficultatibus in se colligaret, non tam illas diluebant, quam eludebant: seque potius obcuritate, quam Patrum, & Magistram Vasquez doctrinæ claritate tuebantur. Horum præcipuus Ascleas fuit, & Propugnator Ambrosius noster de Penalosa, quem sepe entia hæc moralia defendentem audiui, & qui in eius exento tractatu de conceptione passim videbit. Ceterum nostri Vasquez doctrina perspicua est, neque illis difficultatibus, & absurdis obnoxia: nempe entia moralia reipsa plurimum realium coniuncto non differre; est, cum à nobis, ut vnum quid cogitatur, & relatione quadam à coniuncto illo diversis affectum rationis figmentum esse: quia reipsa nec plura esse vnum quid

possunt, nec relatio alicui ab omnibus denominante desumpta ipsi quasi infidens, realis, ac non pura rationis esse vllatenus potest.

QVÆSTIO V.

An Deus ad aliud noscendum medio aliquo formali vii queat?

EX dictis hactenus, dataque non semel distinctione, & explicatione medij materialis, & formalis, in quo aliquid cognoscatur adeo claret questionis scopus, ut ulteriori explicatione non egeat, etsi à nemine fuerit haculque disputata.

CERTAMEN I.

Non posse Deum medio aliquo vii ad quidpiam aliud cognoscendum, ex medij physici ratione monstratur.

1. **E** Atcor ingenue conclusionem hanc nullam in terminis ipsis Patrum ex prisca doctore habere: imo vero omnes illos oppositam conclusionem certam supponere, potius quam disputare: dum media, in quibus Deus pro quovis ipsorum statu obiecta alia cognoscit serio examinant, & quamvis alij assignata ab aliis mediareliciant, atque his iudicio suo potiora media alia formalia substituant: ex eis tamen nemo à reliquis excogitata media formalia, ob impossibilitatem nostra conclusionis asserant, abiicit: solus Vasquez noster principia aliquot variis locis iecit, quæ possibilitatem usus mediocum formalium ad aliquid aliud cognoscendum in Deo non patiantur: vii ex rationibus subiiciendis patebit: quare illud, ne questionis Theologis assensus omittetur, eam possibilitatem tolerasse, ac permisisse, quam ex propria sententia supposuisse, reor clarius, etsi obiter, neque ex instituto cam possibilitatem negavit magnus meus Magister Vasquianæ mentis mens altera Didacus Daza manuscripto de scientia Dei, id quod mihi, & ab authoritate satis conclusionem obfirmavit, & rationibus, quas præfuit, qualque excogitavit, ut firmius assentiret, animos fecit.

2. Probationibus suppono, quæ dixi quæst. 1. & 2. & primum quidem diueritatem, quæ inter cognitionem cum alio, seu duorum simul, & alterius in altero, tanquam in medio, cognitionem: illud enim dicit præfate simultaneam virtutis cognitionem; hoc autem secundum addit præterea motionem, & determinationem intentionalem eius, quod est medium ad cognoscendum in ipso aliud. Hinc fit medij cognitionem, necessario debere aliquo modo præcedere, ad cognitionem eius, quod in ipso, tanquam medio cognoscendum est: siquidem intentionalis determinatio, & motus eius, quod non, ut species impressa, sed, ut obiectum mentem ad aliquid aliud cognoscendum mouet, ac præmouet, nequit sine ipso, quod, ut obiectum mouet, cognitione esse: & præuia siquidem, sicuti motus omnis in actu primo considerata ad id ad quod mouet debet præcedere. Hoc totum, & est ex terminis penetratis per se notum, & reliquarum motionum intentionalium alicuius, tanquam obiecti experientia, & exemplis comprobatur, ideo enim obiecti amandi, ac prosequendi, vel fugiendi bonitas, malitiae auctoris ad eius à voluntate prosequutionem, vel fugam cognosci, ac præcognosci debet, quia eius bonitas, vel malitia, ut obiectum ad prosequutionem, vel fugam ipsius intentionaliter mouet: ideo etiam medium logicum identificationis cum extremis utriusque in præmissis illogici cuius

reus debet quia eius cum extremis identitas intentionalis, ut obiectum mouet, ac determinat ad assensum intentionis extremorum in conclusione. Atque ad assensum intentionis medij cum extremitate alterutra in alterutra ex præmissis, oportet, vel ex terminis ipsis, vel aliunde eam saltem apprehensum prænotici, id quod in medio physico ad aliquid cognoscendum, nec solum logico identitatis, eodem modo vñ venit.

3. Inde fit secundo satis non esse aliquid cognosci non posse, quod aliud cognoscatur, ut medium in quo ad hoc aliud cognoscendum debeat conserui. Paret, quia necessitas cognoscendi aliud quocies aliquid cognoscendum sit, solum probat non posse illud cognosci, quia aliud cognoscatur: quod solum est simultaneæ cognitionis necessitas non autem intentionalis motio, & determinationem illius prænotici ad aliud cognoscendum, quæ præterea esse debet, ut medium in quo aliud cognoscatur esse, censetur iuxta dicta possit. Hoc valde obseruatum dignum est, quia ex eius inaduerentia plures, qui oppositam nosse sententiam sunt hæcenus secuti, decepti fuerunt ut animaduertebam in q. 2. cert. 2. vbi à nu. 5. hoc ipsum notatum probabam, & statuebam, maxime ex relatiuis, quæ cum per Aristotelem, & Philosophos simul natura, & cognitione sint, simultaneæ cognitionis quæ talia sunt, necessitatem habent; & tamen obinde alterum ad alterius cognitionem medium esse non inferunt, imo vero ea de causa medium esse non posse, ut Valquez de cognitione possibilium in Deo tanquam in causa disputans obseruat, taciteque admittit Sorarius etiam nosse à nobis relatus citato cert. 2. a. 8. cuius rationem dedi citato cert. 2. nu. 7. Id autem quod notato huic aduersari à ratione, & absurdo possit, oppositum, diluimusque ibidem nu. 10. quia re illud hic, & opponere; & enervare inutile, & otiosum prout est.

4. His positis probatur primo. De ratione medij physici (de quo hic) est, motio, & determinatio intentionalis ipsius ad cognoscendum aliud, quod in ipso, tanquam in medio cognoscendum est: atqui in nullo ea intentionalis motio, & determinatio intentionalis ad cognoscendum aliud à Deo potest reperiri, ergo nec Deo vñs medij physici, in quo aliud cognoscatur esse potest. Maior concluditur ex dictis nu. 2. init. Minor probatur: quia, vel illud, quod, ut medium, in quo Deus aliud cognoscatur, assignari potest, est essentia sua, & entitate, inconnexum, & abstractum ab alio, quod in eo dicitur cognoscendum, vel ipsi connexum, atque eius essentialiter respectuum: si absolutum, ergo poterit absque illo in suo statu, siue possibilibus, siue factis, siue futuris subsistere: ergo deficit illi intentionalis vera determinatio ad cognitionem alterius. Paret: quia est indifferens, ut cum illo, vel sine illo subsistat: quare de se non magis determinare potest ad illud, quam ad eius negationem cognoscendam: quare, qui ob illud subsistit, seu consistentia alterius determinate assensum fallit, ut minimum, assensum: cum assensus consistentia illius, ut eius medij, cum negatione consistentia illius coniungi absolute possit: ac si de facto illius consistentia (ut vi medij absolute potest) deficiat, falso eius consistentia assensum: quæ Dei cognitioni repugnat: imo & creatæ omni cognitioni, quæ scientia proprie sit.

5. Sin vero, quod medium fore ais de se & essentia sua respectum, connexumque illi sit, quod in ipso cognoscendum est, non potest habere intentionalem motionem ad cognitionem illius: ergo neque esse medium, in quo illud cognoscatur. Probatur antecedens: motio intentionalis obiectiva medij physici ad cognitionem alterius in ipso requirit medium aliquo modo vero prænotici ante cognitionem illius, quod in ipso tanquam in medio physico cognoscendum est: alit illud quod medium physicum, in quo illud cognoscendum dicitur connexum illi, illiusque essentia sua respectum, implicat prænotici ante cognitionem illius: ergo implicat ipsi motio intentionalis ad cognitionem illius currit in ostensio discursus. Maior constat ex nu. 2. sub initium ac deinceps ad satisfactionem probata. Minor vero probatur aperte ex dictis nu. 3. quia, quod essentia sua connexum cum alio est, essentia sua relatiuum ad illud est: alit relatiuum omne necessario est simul cognitione cum illo: ergo nequit prænotici ante illius cognitionem. Paret: quia, quod simul cum alio cognoscendum est: pro nullo vero signo cognosci potest, pro quo non cognoscatur illud aliud; ac proinde prænotici aliquo modo vero, ante illius cognitionem nequit.

6. Dices primo: proloquium de similitudine cognitionis relatiuis necessaria, de relatiuis prædicamentaliiter dictum à Philosophis esse, & intellectum; non autem de relatiuis transcendentaliter: cuiusmodi solummodo sunt physica media, de quibus disputamus: sed certe discrimen prædicamentaliiter relatiuum, à transcendentaliter relatiuis friuolum ad rem præsentem est. Primum, quia est prædicamentalis relatio ex accidenti, ac non ex entitate sua, ita relatis obueniat; at relatis prædicamentaliiter, quæ relatis, essentialis est, sicuti albo, quæ albo essentialis est albo: alit Philosophi non aiunt relatis prædicamentaliiter (in quibus doctrinæ huius posuerunt exemplum, ut in re clariore, vulgoque notiore) absolute simul cognitione esse debere; sed solum relatis, quæ talibus, seu quæ relatis: quo pacto essentialiter relatiua sunt, etque illis essentialis relatio, tanquam forma, quæ in esse relatorum essentialiter continuatur cum ergo essentialiter connexa, seu alterius transcendentaliter respectiva physice alterius entitate sua habeant, quod prædicamentaliiter relatiua ex accidenti, quæ talia tamen essentialiter idem, quoad simultaneam necessariam, & naturam, & cognitionem habere debent: nam his essentialis connexio, & consistentia cum terminis suis, quæ prædicamentaliiter relatis, quæ talibus accidit, transcendentaliter relatis, & connexis imbibita est: ex quo ea sola differentia ad rem præsentem est, quod prædicamentaliiter relata secundum suam entitatem esse simul natura, & cognitione cum suis terminis non debeant, sed solum ex accidenti, & aduentitia ipsis relatione, si, ut relata, cognoscenda sunt; transcendentaliter vero relatiua, nec secundum suam entitatem cognosci possunt, quin simul natura, & cognitione cognoscantur: & ratio, quam Philosophi tradunt, nosque citato certam. 2. nu. 7. ex ipsis pro suo proloquio dedimus (quod relatorum quæ talium totum esse sit esse ad aliud) de utrisque relatiuis, vel de nullo probat.

6. Dices secundo: non oportere, ut id, quod obiectiue mouet ad assensum alterius aliquo modo vero præcognoscatur ante assensum cognitionem illius, id quod duplici instantia, & exemplo probatur. Primum in assensu affectiuo siue prosecutione voluntatis alicuius obiecti, quod ob eius bonitatem, tanquam rationem moriæ intentionaliiter media cognitione voluntas prosecutionis: & tamen opus non est, ut bonitas illius amor ad amorem obiecti vere, ac sine fictione aliquomodo præcedat: ergo nec quod medij cognitio præcedat ad cognitionem alterius, quod in ipso cognoscendum est. Respondetur negando consequentiam: quia obiecti bonitas vñ obiectum adæquatum amabile constituit cum obiecto ob illam amato, ut ratio formalis cum materiali: quare non oportet, ut bonitas, ad obiecti amorem media sui cognitione præcedat; medium autem, & illud aliud, quod in ipso cognoscendum est, duæ diuersæ veritates, duæque vera sunt, & huius alterius assensus essentia sua subordinatus assensui illius, si in illo, tanquam medio, assensum illi est: ne sit solum simultaneus duarum veritatum assensus.

8. Instabis in amore mediorum ob finem, in quibus duplex bonitas etiam est, illorumque amor amoris finis subordinatus; & tamen potest vgo affectu, in quo præcedentia amoris finis ad medij amorem vera non est, voluntas in finem, & media ferti, et si finis bonitas intentionaliiter moueat ad amorem mediorum: ergo, etiam si medium, & id, quod in ipso cognoscendum est, duæ veritates, duæque vera subordinata, quoad assensum, sint, atque intentionaliiter medij assensus moueat ad assensum illius, quod in ipso cognoscendum est, medij assensus, non debet vero aliquo sensu, ut diuersum quid ad assensum alterius præcedere. Respondetur negando amari posse finem, & media ob illud cum debita subordinatione eodem amore, qui simul intentio, & electio sit siue (quod est idem) exercendo finem suam finalem motionem, quæ in eo stat, ut gratia, & amore finis cetera, id est media amantur: ad quod opus est, ut amor finis in amorem mediorum moueat, & impellat, quod cum identitate amoris, medij, & finis non componitur, & hæc iuxta communem antiquis, & adhuc satis probabilem sententiam, Sed ne veritas nostræ doctrinæ

doctrinae eius solum opinionis probabilitati innitatur, in aduersa, & communi iam Recentioribus sententia, admissio antecedenti negatur consequentia: nam motio intentionalis medij per sui cognitionem, & assensum non est motio intentionalis solius medij, & connexionis eius cum alio in ipso cognoscendo, sed motio cognitionis etiam, & assensus ipsius ad assensum alterius, quae eiusdem assensus ad seipsum nequit exerceri: quemadmodum nec motio amoris finis ad amorem medij, casu quo idem utriusque amor esset; & tamen finis ratio tunc exerceretur, quia ob eius bonitatem medium simul amaretur, alias non amandum: & tunc quidem adhuc cognitio, qua intentionaliter bonitas finis, tanquam requisita conditione moueret ad actum voluntatis diuersa ab ipso, esset, non solum titulo diuersitatis potentiae à qua procedit, sed quia cognitio est quae, seu media qua finis bonitas mouet.

9. Obicitur exemplum secundum: reuelatio, abs dubio, mouet intentionaliter obiectiue ad assensum fidei veritati per ipsum reuelata: non secus, ac medium cognitum ad assensum eius, quod in ipso cognoscendum est; & tamen non oportet, ut reuelationis assensus vere, & realiter, ac non fidei praecedat ad assensum veritati reuelatae: ergo neque ad intentionalem motionem medij huius cognitionem vere & realiter praecedere ad assensum eius, quod in ipso cognoscitur. Consequentia videtur legitima. Antecedens apud Recentiores est firmum: ea in primis ratione: quod alias fidei certitudo claudicaret in eodem certissimo fidei assensu, si reuelatio, & reuelatum tangatur: siquidem Parochi misteria fidei fidelibus, ut plurimum, proponunt, ac de eis habitam reuelationem, testimonium certum, atque infallibilem de existentia reuelationis assensum fidelibus ingenerare non potest; & tamen non potest non certitudo assensus fidei assensui de existentia reuelationis quo volueris modo, tandem inniti. Fateor consequentiam: etsi eludi utrumque posse videam: sed antecedens falsissimum est: & infimissima probatio: etsi enim certitudo subiectiua actus fidei, à certitudine assensus reuelationis existentiae pendeat, quare is solum subiectiue certus de existentia reuelationis, ac subinde de reuelata veritate esse possit, qui euentiam habeat reuelationis; obiectiua tamen certitudo fidei à certitudine assensus existentiae reuelationis, quare propositione Parochi, hand quaquam pender; licet ab ea tam intentionalis, in actu primo, & secundo, motio reuelationis existentis pendeat: & quidem aduersus hac in re opinantes percontor: an ut eodem actu, & reuelationi, & reuelatae veritati assentiamur, assensus aliquis existentiae reuelationis necessario praecedat? vel absque illo praecognito motu nos in assensum existentiae reuelationis inducenti eius existentiae, & veritati reuelatae simul assentiamur? sit primum: quod fide, & ratione certum est, iuxta illud Pauli *quomodo credent sine predicante?* & experientia ipsa comprobatur) in difficultatibus fugiunt, relabuntur: si secundum: absque illo motu existentiae reuelationis assentiamur: quod, & imprudens, & stolidum esset, ac forte repugnans.

CERTAMEN II.

Ex medij physici ratione probatio secunda.

1. Probatur secundo conclusio: quia nulli medio alias intentionaliter motiuo, vis motiua adest adhuc in actu prima absoluta expedite in conspectu, & praesentia motui alterius intentionalis vndequeque fortioris, & efficacioris, ac saltem summae efficaciae, & virtutis motiuae; atque praesentia obiecti in se absque illo ex parte obiecti vclamine involuero, vel obscuritate propositi (quomodo Deo obiecta omnia repraesentantur cognoscenda, & comprehendenda) est non solum efficacius, & fortius, sed summe efficacax, & forte motiuum intentionale ad assensum de eius praesentia, & consistentia, pro quouis statu ita praesentetur: ergo reliqua alia motiua intentio-

nalit medij cuiusvis non habent vim motiuam intentionalem ad assensum à Deo elicendum de consistentia obiecti alicuius, pro quouis eius statu. Maior mihi ex terminis notum principium est; fuitque nostro Vaquez terminorum profundissimo Doctorum penetratori exploratissimum; & cui soli commanem illam praeis Doctoribus conclusionem de impossibilitate actus fidei diuinae cum clara visione, & euentia obiecti reuelati voluit inniti, & doctius quidem, firmiterque, quam Thomista Dominicani, cum veteres, tum Recentiores, qui ex contradictione visionis clarae, & obscurae, est ex diuersis mediis habitatarum, vocum sono decepti eandem fidei, & visionis, seu euentis cognitionis de obiecto eodem repugnantiam deducebant.

2. Non tamen omitram Vasquium ea in re, etsi ex principio è terminis notissimo minus solide, ac legitime praefatam repugnantiam intulisse: quia obiter rem tractabat, ac solum reiciendae rationi repugnantiae ex antiquis Thomistis memoratae, potiorique, & connaturaliori assignandae intendebat. Minus autem recte intulit, ut dixi: quia motiuum intentionale euentis, claritate quidem, superat motiuum intentionale fidei, quod reuelatio diuina est; ab hoc tamen certitudine, & firmitate superatur; quare neutrum vndequeque fortius, efficaciusque, vel debilius: quare alterum in praesentia alterius, quia parte perferat illud, potest absolute ad assensum veritati euentis & expedite mouere; imo vero in Philosophis Christianis, & Theologis Dei vnus existentiam reuelatam demonstratiue cognoscentibus, de facto motiuum utrumque mouet, ne existentia ipsis fidem deficere absurde admittatur: eamque ob rem visionem Beatorum in Beatissimis, & in humanitate Christi eorundem obiectorum fidei non repugnare deduximus controuersis de fide, de visione, & de incarnatione.

3. Sed, quoniam praefato principio (ex quo legitime fuit) tota probatio nostra incumbit: & quae ex terminis nota sunt ab aliis, qui aliter, vel penetrant, vel percipiunt eadem facilitate, quia asseruntur ab aliquibus, possunt ab aliis negari, fulciri aliunde illud hic oportet, ne probatio nuct. Confirmatur primo experientia, videt quis Petrum aperte in foro, atque illum in foro esse ob eius claram inibi praesentiam assentitur: an si ei quis alius cuiusvis humanae auctoritatis Petrum esse in foro attestetur, in foro illum esse, quem in aperto videt, ob huius testimonium assentitur: minime: & quamvis veris quispiam assentire, assensurumue, fide etiam humana, dicat, si se tamen suamque mentem intus consulat reperiet se intus negare, quod extra fuitur: id autem in Deo solum non fiet, quia praesentia clara, atque expedite obiecti clare visi motiua vis intentionalis vndequeque fortior, efficaciorque est virtute motiua intentionali humani cuiusque testimonij.

4. A paritate simul & à priori confirmatur ex fineturali motiuorum intentionalium, & mediorum ad finem consequendum, etenim mediorum finis est eius affectio, quare affectio finis & perfecte possessio redditur mediorum physiconum ad illum assequendum vltus non solum oriosus superfluous, & inutilis, sed prorsus impossibilis: atqui naturalis finis motiuorum intentionalium obiectiuorum est perfecta veritatis affectio, & intellectualis possessio: ergo adstante motiuo perfecta summe & vndequeque affectionem, & possessionem inducente, ac subinde adstante eiusmodi veritatis affectione, & possessione, motiuorum intentionalium obiectiuorum vltus erit menti, non otiosus, & inutilis modo, sed prorsus impossibilis.

5. Rationes istae ex parte mediorum physiconum formalium ad cognoscendum vnum in alio petite, atque probant respectu intellectus creati clare, & intuitiue videntis obiectum quod in alio, tanquam medio, cognoscendum alias foret, ut obiectum contra rationem primam speciali materiae applicitam respondimus quae sit. 2. cert. à nu. 9. Probat enim utraque ratio ex virtute naturali medij formalis ad aliud cognoscendum in ipso cognoscentis, ut certaminis titulo monuimus, quae enim rationes ex perfectione Dei cognoscentis suppetunt, in certamen sequens adseruauimus.

6. Dices hanc rationem secundam tenere quidem, cum obiectum

obiectū in medio formali physico alias cognoscendū præfens pro aliquo statu, & apertum supponitur, nec medium formale in quo cognoscendum est, est in se, & cognitione diuina prius: quocirca, etsi demus Deum quod nullo posterius est, primumque, & primarium, atque adequatum specificatum suæ cognitionis in alio tanquam in medio formali physico cognosci à se non posse: ac similiter creata possibilia quæ suæ intrinsecæ possibilitatis nullum principium habent, non posse in medio physico formali cognosci: aut de futuris creatis, siue conditionatè, siue absolutè, præsertim naturalibus, nihil probat: quia pro eo priori quo eorum principia, siue in hypothesi, siue absolute sunt, & à Deo cognoscuntur, nec futurorum conditionata, vel absoluta præsentia adeit, neque eorum visio, quæ vim motuum intentionalem, eorumque motionem ad assensum illorum futuritioni alterutri, quem inducunt, præstandum pro illo priori impediunt.

7. Laudo subtilitatem obiectionis; qua tamen à ratione hac secunda non retrahit: etenim ut obiectio ipsa supponit, nec futurum alterutro modo pro illo priori sui principij, siue in hypothesi siue absolute positi existit, esse futurum, siue conditionatè, siue absolute, ac subiectè, nec à Deo cognoscitur vilo modo, etsi demus cognosci medium formale, & determinatiuum de se ad futurum alterutro modo cognoscendum expectandum, igitur necessario est posterius signum futuritionis alterutrius, ex suo principio posterioritate naturæ obiecto illi aduenire, ut existens, seu futurum in se præsentialiter à Deo cognoscatur: ecce tunc, motio intentionalis mediij formalis de se motui ad assensum de futuritione obiecti, non in aperto positi, & clare visi, illius præsentiam apertamque propositionem, & visionem claram incurrit, quæ eius motum intentionalis vis sufflaminetur, atque eius exercitium, & motio impediatur.

8. Instabis secundo: Etsi pro illo priori sui principij non existat futurum executiue & in se extra suas causas, tamen cum Dei decretum executiui necessarium principium futuri creati sit, atque Dei intentio efficax, etsi necessarium futuri principium non sit; aut principium eius absolute esse potest: ac proinde in illis tanquam in causa, siue causaliter siue decretaliter, siue, ut dicitur vulgo intentionaliter, vel in intentione, pro illo priori possunt esse futura, & videri in eis, tanquam in medio ante signum, & posterius illud naturæ, quo præsentialiter executiue extra suas causas, & in se sunt futura, & vno eorum clara, qua vis principiorum motiua, eiusque exercitium & motio impediatur. Minus habet roborem, quam æquiuocationis, & verborum, instantiæ huius doctrina: quam pessimè semper odi, sicut & reliquas, quæ nihil præter verba habent; etsi videam ipsam multis Dominicanis Thomistis, nostrisque non paucis adeo placere, ut iudicent ei grauissimas Theologiæ veritates, non alias ipsorum iudicio componendas, imponent debere.

9. Ad rem nunc respondeo: futurum, seu faciendum in causis suis, etiam diuino decreto, nihil aliud esse quam causas ipsas futuri, seu faciendi: quo pacto S. Thom. frequentissimè vltra à nobis ex ipso data quæssione, creata omnia, & creanda, quatenus in prima causa Deo sunt, Deum ipsum esse docet edoctus scilicet a Ioanne illis verbis capitis 1. sui Evangelij: *quod factum est in ipso vita erat*, & à Patribus, & commentariis ad eum locum de hoc sensu concordibus: illa ergo futurio rerum intentionalis siue in intentione, nihil aliud, quam Dei efficax intentio de rei futuritione, ac præterea de rei futuritione nihil: quovisque res pro sua duratione extra causas, in se, & executiue ponantur, ut posterius natura, per executiui decretum vi efficacis illius intentionis apponatur, quibus instantiæ nebula, seu nimbus totus euauit, ut patet.

CERTAMEN III.

Ex perfectione Dei cognoscentis, conclusionis eiusdem reliquæ probationes.

1. **S**it tertia Conclusionis eiusdem probatio è Scientiæ, & mentis diuinæ perfectione petita: quia perfectio- nis, mentis, & Scientiæ diuinæ titulo cognitio abstractiua formaliter Deo repugnat; atqui omnis cognitio alicuius in alio, tanquam in medio, formali est formaliter abstractiua illius obiecti cognitio: ergo omnis cognitio alicuius in alio, tanquam in medio, formali Deo repugnat. Minor, quam negari, distinguere, posse, video in doctrina aduersariorum, probatur: quia quæcumque cognitio non est formalis, seu formaliter intuitio obiecti, est formaliter abstractiua cognitio obiecti: atqui omnis cognitio obiecti in alio tanquam in medio formali, non est formaliter, seu formalis obiecti intuitio, ergo omnis cognitio obiecti in alio, tanquam in medio formali est abstractiua cognitio. Confirmatur ac probatur simul maior: quia Theologi in præsentiarum cognitionis abstractiue nomine, non eam solum cognitionem intelligunt, quæ in obiecto per alterius species habetur, illudque alterius ad instar representat: neque enim Deum ita in alio, tanquam in medio, aliud cognoscere posse vllus somniatur, nedum asserit, dubioque dignum censuit: ergo eam etiam abstractiuam cognitionem ad præsens vocant, quæ quouis modo formaliter, seu formalis intuitio obiecti non est. Minor verò postremi Syllogismi suadet: quia formalis intuitio obiecti formaliter dicit cognitionem obiecti in se: quod contradicit cognitioni obiecti in alio, tanquam in medio formali seu motui obiectiui intentionalis ad eius cognitionem.

2. Negabis tamen absolute minorem primi syllogismi, & similiter probationem eius veramque, etsi enim cognitio alicuius in alio, tanquam in medio, formali, vniuersum intuitio obiecti in medio illo cogniti, eo præcise, non sit: quare in conceptu generico cognitionis obiecti in alio, tanquam in medio formali, intuitionis obiecti formalis ratio non claudatur, non tamen excluditur, sed ab eo præscinditur, ac subinde cum eo conceptus differentialis in eandem cognitionem confluere, atque in Diuinam sanè cognitionem obiecti in alio, tanquam in medio formali, vtrumque conceptum influere facile ostenditur. Primò: quia, ut in prima eius minoris probatione nostra dicebatur, nemo aduersariorum etiam somniatur (nedum serio dubitauit, vel asseruit) diuinam obiecti in alio, tanquam in medio, cognitionem, obiectum illud per species alienas, atque alterius ad instar representantes sed solum eo medio formali intentionaliter motum, & deductum in obiectum tandem ipsum secundum entitatem, & essentiam suam (pro statu, in quo ex ea mediij intentionalis motione cognoscitur) Deum venire: quare & cognitione illa obiectum, ut in se est, representare, & quod ipsum est, illud intuitiue videre: id quod, ut in simili respondebant quæst. 1. cert. 1. num. 5. prouenit ex perfectione summa cognoscentis, respectu cuius ad intuitionem obiecti, ut in se est, medium formale motuum de se est, de factoque mouet, etsi ad solam abstractiuam obiecti cognitionem motuum sit respectu imperfectioris cognoscentis: vis siquidem motiua intentionalis notæ æqua respectu omnium potentiaram, & cognoscentium est, sed perfectiorum respectu maior: respectu verò imperfectiorum minor, ut ex se, & experientia clare deprehenditur.

3. Contra verò primò: quia, ut locò citato arguebam à num. 6. tota vis intentionalis mediij formalis, quæ talis, ad alterius in ipso cognitionem respectu cuiuscumque, etiam summe perfecti intellectus, & cognoscentis est vis motiua ad cognitionem alterius in alio, siue, ut est in alio, non autem in se, siue ut est in se: ergo motiua vis intentionalis mediij formalis nequit ducere etiam perfectissimum intellectum, & cognoscentem ad cognitionem obiecti in se, & secundum se, ac subinde, neque ad

objecti intuitionem: quare motio medijs formalis, etiam respectu perfectissimi intellectus, & cognoscens ad intuitionem objecti in ipso cognoscendi nequit pertingere, sed solum ad abstractiuam cognitionem, perfectiorem quidem quo perfectior intellectus sit: ex quo patet cognitionem objecti in alio, tanquam in obiecto formali non praescindere solum ab objecti intuitionem, sed hanc esse conceptu suo potius, & prorsus excludere: quare, & in Deo, qui est suae mentis perfectione ad obiectum in se, & ut in se sunt cognoscenda, intuendaque determinatus est, omnem intuitionem eorum, ex sua perfectione, non autem ex vi medijs prouenire: inde etiam clarius repugnantia usus medijs in Deo ad alicuius cognitionem explicatur: quia, determinationi ad cognoscendum obiecta in se, & ut in se sunt potentia ad ea in alio, & ut in alio sunt cognoscenda manifestissime contradicit. Contra secundo: quia uti hac solutione dicitur, nosque supra subtili obiectioni respondimus certam. 2. num. 7. ut obiecta in se, & secundum se pro quouis eorum statu, a Deo intuitu, ac non abstractue cognoscantur, oportet, ut pro illo constituta & consistentia supponantur: ergo, dum ita cognoscuntur vi medijs non cognoscuntur. Patet: quia vis motu in intentionalis medijs, ut exerceatur, obiecti positionem non expectat, aut supponit: quare intuitu, quae illam supponit, & spectat vi medijs formalis non est: quare ex determinatione diuinae mentis ad obiecti intuitionem in seipso, ex qua respondetur, usus medijs Deo repugnare conuincitur, id ipsum infero secundo iuxta dicta eodem numero 7. quia posito, & statuto in aperto obiecto, ac subinde clara eius visione, & intuitionem tota vis intentionalis medijs, eiusque motio, & exercitium tam in actu primo, quam in actu secundo impeditur: ergo vi eius nequit obiectum cognosci.

4. Postrema conclusionis probatio ex conceptu infinitatis simpliciter, & indiuisibiliter e genere suo per denegationem termini etiam extrinseci pendenda est contra aduersarios: in meis enim principijs non urget, ut videbimus controu. 4. de voluntate: conceptum hunc praedicatis diuinis omnibus communem explicuimus ex intuitu, & demonstrauimus controu. 1. de essentia & attributis, atque a conceptu infinitatis (si qua esse potest) creati in suo, non tamen e genere suo, & simpliciter infiniti, sed ex partibus eiusdem generis compacta penes id distingui, quod hanc terminum solum intrinsecum excludat, tunc extrinsecum generis, & specie eiusdem. Ex quo sic arguo. Scientia Dei, ubi primum est, atque esse diuina intelligitur e conceptu suo indiuisibili infinita simpliciter e genere suo per denegationem termini, etiam extrinseci, generis eiusdem, & est, & intelligitur: ergo contradicit seipso cuius Scientia diuina, quae extra id, quod in eius conceptu primo, & metaphysice adhuc indiuisibili claudatur asseratur: est ex eo principio euidens consequentia: quippe quae solum sententiam principij eius explicatius continet. Pergo. Sed cognitio, & Scientia diuina ex Deo, & cognoscens, & obiecto specificatio & primario, primo est, intelligiturque diuina, & pro tunc ita infinita simpliciter e genere suo & conceptu, etiam metaphysice indiuisibili, per denegationem termini, etiam extrinseci, ut nihil in genere diuinae Scientiae extra illum primum conceptum diuinae Scientiae, (qui proinde Omniscentiae conceptus est) sit possibile: ergo nequit esse in Deo Scientia obiecti alicuius in alio, tanquam in medio formali, ut fert nostra Conclusio.

5. Illationem hanc postremam, quae ab alijs videtur remota, sic prioribus reliquis adiungo: quia pro illo priori, quo Deum solum, ut obiectum primum terminatum, & adequatum specificatum sui diuinae Scientiae & Omniscentiae habet, medium nullum suam vim motuam exercet, imò nec ipsum adest, sed solum Deus, ut specificatum adequatum suae cognitionis: vel ergo pro posteriori signo, pro quo solum adest potest, mouet medium formale ad cognitionem obiecti in ipso, vel non mouet: si non mouet: ergo medium formale non est, neque suum munus exercet, sicuti cetera obiecta, quae nullatenus media formalia sunt. Si intentionaliter mouent: Deum ad cognitionem alterius in ipso, tanquam medio: ergo ea obiecti illius Scientia in priori illo, quo seipsum Deus, ut adequatum suae Scientiae specificatum, & primum

terminatum cognoscit non est: siquidem motio intentionalis ad scientiam iam suppositam esse nequit: ergo praeter scientiam illam diuinam formalem scientia alia diuina erit: quare neque simpliciter e genere suo, & concepta indiuisibili infinita erit per denegationem termini extrinseci, excludensque conceptum omnem Scientiae formalis diuinae, quod extra ipsam sit: quod principio illi, ex quo arguimus aperte contradicit.

6. Infero ulterius: Mouet pro posteriori medium illud formale ad cognitionem alterius in ipso: ergo hanc diuinam cognitionem (quacumque & quouis loco sit) specificat, quae est alia (est proxima data affinis) probatio: ergo Deus, qui in se directe tendit, ac fit, ut in obiectum primum terminatum, & specificatum adequatum, adequatum specificatum non est, quod repugnantiam inuoluit: siquidem postrema consequentia pars prima eiusdem a nobis, & fere potiori, ac profundiori Theologorum patre statuta contradicit. Secunda vero consequentia certo deducitur ex prima: quam sic proba: quia est obiectum pure terminatum Scientiam sui specificare non oportet, ut ex dictis de diuinae Scientiae specificatio, atque illius ad obiecta reliqua pure terminata, & materialia extensione constat: aut obiectum motum intentionale, ac tale munus exercens, & mouens ad cognitionem alicuius (ut exercere, mouereque debet medium quodvis formale, quae tale) est obiectum formale, & ratio, sub qua cognitionis illius est de ratione obiecti formalis, & rationis sub qua quis mouetur ad cognitionem est specificare cognitionem ad quam obiectum formale, & ratio sub qua mouens est ut etiam aduersarij Theologi supponunt: ergo, si medium formale suum munus exercet, atque intentionaliter mouet ad alterius cognitionem in ipso, eam formaliter, & vere specificat, ut primo inferabamus.

7. Quod virique rationi de infinitate simpliciter e genere, & conceptu suo indiuisibili, & de adequato specificatio tentari effugium poterat, nempe in illo priori, quo se solum Deus cognoscere intelligitur, hanc etiam representationem obiectorum in alijs tanquam medijs formalibus aditae: (quemadmodum & obiectorum reliquorum materialium aditae dicimus) ex proxima & postrema ratione praecipuum est sicuti quilibet. certam. 1. praecipuum ubi num. 6. satis apparentem rationem propoluimus, & deinceps discimus. Mitto aliam probationem ex eo, quod si Deus aliquid in alio tanquam in medio cognoscat eius de omnibus, & singulis obiectis suis aequae euidetia, & certitudinis esse nequeat: id quod, & contra omnes Theologos est, & diuinae cognitionis perfectioni repugnans. Hanc rationem efformabo dispartit. 2. cert. 1. num. 7. Ex quibus omnibus huculque dictis, & assertis, de medijs diuinae cognitionis cum specificatum, tum vniuersum liquido apparet: Deum, & se, & reliqua omnia obiecta in ipsis solum, ac non in alio, tanquam in medio formali, Scientia sua penetrare, neque aliter vquam posse cognoscere: sed tamen ad disputationis exactam absolutionem restat adhuc inquirendum, ac definiendum: an ad obiectum aliquod cognoscendum verificatione aliquo eget Deus: quia de eo prolixè, & contentiose nunc a Recentioribus, nec satis dilucide, sed mediocriter ad eam decidendam mixtione, & confusione disputatur.



QVÆSTIO VI.

An Scientia diuina verificatiua ab ipsis differant obiectis?



VÆSTIO hac respectu Scientiae Dei quatenus Deum ipsum attingit non procedit: nec procederet de absolute futuris, si ea non tota antea aeternitate, sed in tempore solum, & duratione, qua de presenti sunt, Deus solum cognosceret: Dei enim, & cuiuscumque obiecti absoluta actualis, & praesens existentia, sine

ad actualis veritatis & obiecti, & iudicio illi concedenda adæquatum constitutionem, & si hæc ex intrinseca iudicij entitate, & extrinseca obiecti positione consuetur, est satis siquidem in actuali absoluta præsentia obiecti satis determinatum est, ut ipsum, potiusquam eius negatio, quæ de præsentia abest, adesse percipiatur, ac subinde iudicetur: sicuti in præsentia obiecti sensibilis, quod seipso, ac sine specierum interiecta sensu percipitur, sufficiens determinatum sensibus est, ut illud potius, quam aliud oppositum, quod abest, percipiant, etsi hoc percipere possunt, imo perciperent de facto, si adesset: atque item cognitioni seu iudicio de absoluta obiecti præsentia, & existentia, cui coexistit, veritas necessario actu aderit; etsi hæc ex iudicij, & obiecti existentia consuetur: solum igitur veritas, veritasque quælibet potest de creatis obiectis, quæ actu de præsentia possunt non sunt, cum cognoscuntur, ut non erant ab æterno, & ex æternitate, ex qua à Deo (ut dixi) cognita sunt omnia, cum possibilia, tum futura conditionata, tum futura absolute: in quibus omnibus eadem est formalis (etsi ex parte materiæ diversa) & communis difficultas: siue possibilia, & futura conditionata præcise, siue pure talia considerentur.

CERTAMEN I.

Omnibus communia, & supponenda, atque adversariorum sententia.

1. **I**n primis cunctis in confesso esse debet, præfata omnia, quæ actu, & de præsentia non sunt cum actu cognoscuntur, absolute, neque esse, neque existere: ac proinde, pro tunc, nullam habere actualem absolutam existentiam: etsi neque habeant negationem necessariam absolutæ existentia: quia eorum negatio contingens, re late ad Deum saltem est, qui potuit pro ea duratione, cuiusmodi obiecta absoluta existentia donare, cum eam ipso non consulit. Hoc patet, quia non esse necessarium, necessarium essendi absolute absolutam negatio chimæris, & impossibilis propria est, quæ à se non sunt: sicuti & Deo necessaria est absoluta existentia actualis siue actu absolute esse, quia à se est: unde, nec Deus ab actuali absoluto esse, nec impossibilia ab actuali absoluto non esse possunt præcindi. Possibilia vero creata inter Deum, & chimæras media de conceptu, & essentia sua, à se absolute nec sunt, nec non sunt, sed ab absoluta sua, & actuali existentia præcindunt, pro eoque statu possibilitatis suæ, nec sui existentiam actualem, neque cuius absolutam negationem excludunt, ut supra d. 4. quæst. i. certam. 4. dicebamus: imo negationis existentia actualis suæ possibilitatis existentia suæ possibilitatem concernit, titulo contingentia, alterutrum in existendo, cuius ratione conceptus possibilitatis ab actuali existentia potest sine fictione præcindi: quia neque à se, essentiaque sua est, & existit, ut existit Deus: nec non existit à se, & essentia sua, sicut impossibilia & chimæra non existunt, ut tum ibi, tum hic q. 4. art. 1. n. 4. docuimus.

2. His communibus statutis, concors Thomistarum Recentiorum sententia est: ea omnia, quæ absolute, & actu non existunt, cum actu, & absolute pro statu quouis suo cognoscuntur, verificatio aliquo, seu determinatio veritatis suæ obiectivæ egere, dixi determinatio veritatis suæ obiectivæ: ne sententia hæc cum alia confundatur eorundem sententia de necessitate mediorum, siue materialium, siue formalium, ut à Deo creata, siue posita, siue negativa, quæ actu exercite, & absolute sunt ab æterno cognoscuntur: quæ sententia, etsi veritas obiectiva ex tunc illis adesset locum haberet, atque ex aliis ipsorum principijs, à nobis hic diluendis, deduci tentatur: etsi quæ præfati quæstioni inferuentia misceant, vicio, (ut notabam) supra d. 5. in præfatione cunctis, quia antea de creaturarum vel in se, vel in alio disputabant communi: itaque sententia hæc docet, non existentia absolute actu, & actu, cum cognoscuntur, non nisi ab alio formaliter,

& vere obiectivam veritatem habere, quæ & terminare valeant divinam cognitionem, & Dei cognoscentis mentem determinare. Id quod verum, formaliter loquendo esset, etsi, nec ad entitatis ipsorum appositionem, tanquam media materialia, nec ut cognita, & præcognita ad movendum cognoscentem intentionaliter ad ipsorum cognitionem illud aliud requireretur, ut in eorum sententia etiam requiritur. Sed specierum impressarum adinstar mentem incognitum illud aliud ad creaturarum cognitionem determinaret. Atque hanc esse specialem Thomistarum Recentiorum in speciali hac, & ab examinatis diversâ difficultate mentem, eorum, quæ postea adducemus, atque ad hanc specialem difficultatem spectant, fundamenta monstrabunt.

3. Igitur præfati Thomistæ in præfati quæstione, atque difficultate speciali ab examinatis hæcenus diversa pro diversitatibus eorum, quæ actu exercite, & absolute non sunt, cum à Deo ex æternitate cognoscuntur, diversa verificatiua, & determinatiua assignant. Nempe pro statu possibilitatis ipsorum omnipotentiam: pro statu futuritionis conditionatæ decretum absolutum ex parte actus, & conditionatum ex parte obiecti: pro futuris absolutis decretum omni ex parte absolutum: contra eos tamen ea omnia ad rem præsentem faciunt, quæ disputat, s. nec decreta ex parte subiecti absoluta, & conditionata ex parte obiecti pro futuritione contingentium conditionata, neque omnino absoluta pro futuritione eorundem absoluta Deo adesse posse monstrant: etenim, si hæc absque eiusmodi verificatiuis, & determinatiuis, ut à Deo cognoscantur ex æternitate, ex qua (eorum sapientioribus factibus, & manifestis rationibus contra præsentiam rerum in æternitate ex æternitate) non erant, & tamen pro statu conditionato cognoscuntur: ergo, & reliqua absque eiusmodi determinatiuis, & verificatiuis ex æternitate ex qua non sunt, fore sub hypothese cognoscuntur. Secundo cum contingentium conditionatorum adæquatum determinatiuum, & verificatiuum, sicuti neque adæquatum essentiale illorum principium, (cum essentiale illorum principium sit voluntas creata) decretum illud non sit, deficiatque alterum partiale conuerficiuum absolute, & actu, solumque adsit suspense, & in hypothese, si ita poni verificatiuum, & determinatiuum ad eam futuritionem cognoscendam sit satis, determinatiuum, & verificatiuum absolute, & sufficienter tale ab his Doctoribus non afferetur.

4. Hæc etiam ratione impugnatur verificatiuum, & determinatiuum omnipotentia pro possibilitate cognitione: siquidem contingentium nobis proxime liberorum principium, seu terminus essentialis omnipotentia sola non est, sed voluntas possibilis. Nec dicere poteris non esse idem verificatiuum, seu determinatiuum, de quo nunc agimus, atque principium actuum seu terminus essentialis, & necessarius ad consistentiam obiecti pro statu, in quo cognoscitur. Principium enim, aut terminus essentialis ad consistentiam obiecti, quæ talia, media materialia sunt cognitionis obiecti de quibus nunc non agitur (quia de illis actum fuit d. 6.) sed de aliis verificatiuis, & determinatiuis ad veritatem obiectivam creaturarum constituendam quæ diversa esse diximus: quare ex eo, quod in omnipotentia sola principium, seu terminus adæquatus possibilitatis earum creaturarum non sit, nec decretum absolutum subiectivæ, & obiectivæ conditionatum pro futuritione contingentium conditionatorum, non inferetur eadem non esse adæquata verificatiua, & determinatiua quæstionis præsentis. Sed (ut aliam impugnationem contra Authores similis maiori ex parte sententia fecunda nunc taceam quæ contra sententiam hanc primam eandem vim habet.) Contra, quia verificatiuum, & determinatiuum in sensu etiam quæstionis præsentis non potest disparare se habere ad obiectum, cui veritatem, & determinandi vim ad sui cognitionem tribuit: quare, etsi, quæ actuum & determinatiuum essentialis obiecti non habeat formaliter, realiter tamen, quia alterutro modo se ad obiectum habet, id obiecto præstat: quia id est ut connexum, nequit autem connexio hæc esse, nisi, vel quia essentialis eius principium, vel terminus est. Contra secundo: quia, cum ens, & verum ut conerou, metaph. ostendam idem, adhuc formaliter, siue, nequit principium

principium & terminus essentialis consistentie entitativae obiecti esse, quin, & consistentie veritatis obiectivae illius & principium, & terminus essentialis sit: nec video, qua ratione dividi ab hisce alterum ab altero possit.

5. Impugno tertio sententiam praefatam, quoad statum futuritionis conditionatae, & possibilitatis in futuris absolute, quae ex aeternitate, ex qua à Deo cognoscuntur actus, & absolute, & exercite non fuere: etenim, cum futuritio absoluta possibilitatem non aboleat, sed perficiat, atque ad actum perducatur, vel identicum, vel censeo, vel, ut Thomistae volunt additum possibilitati rerum, & adiunctum, atque ex aeternitate Dei sit de eorum futuritione pro cuiusque duratione decretum, ut horum possibilitati ad actum per decretum illud deductae cognoscendae verificativae, & determinativae actuale ex aeternitate assignentur, recursus ad omnipotentiam est otiosus: maxime, cum iidem Thomistae Scientiam visionis de absolute futuris eorum causam esse directricem, etiam non meliore Theologia, fateantur. Secundo simili ratione ex praesentia reali futurorum aeternitati, quam iidem defendunt, otiosum verificativum, & determinativum Omnipotentiae in statu possibilitum cognoscendis possibilitibus ostenditur. Similique dictio contra determinativum, & verificativum futuritionis conditionatae. Denique, cum praesentia futurorum ex aeternitate, quam Thomistae iidem inaequere, actu absolute & exercite futura Deo cognoscenti praesentent, aequae, atque, cum actu, & de praesentia nostro sunt, decretum, quo tandem in tempore apponuntur, absolute ad existentia atque futura cognoscenda superfluet. Sine vero non superfluit, sed est satis, & necessarium praesentia eorum ex aeternitate ut ex illa ideo videantur, erit inutilis.

6. Ad eadem à nobis discedenda atque à doctoribus praefatis plus satis dissecta principia offendentes Recentiores ex nostris acuti Antonius Perez Valende in 1. p. sine de Deo vno d. 6. c. 9. §. Obiectus 4. & Gaspar de Ribadeneyra suboblivensius ipsius doctrinam tradens tractatu cuto de Scientia, clarius tamen manifestis, & ore, docuerunt quaeunque actuale existentiam, exercite, & absolute in se non habent pro eo statu, pro quo cognoscenda sunt, sufficiens determinativum, & verificativum in se non habere, ut, à Deo etiam, cognoscantur: quare aliunde, & extrinsecus esse ipsis quaerendum & designandum. Cum autem creata omnia ex aeternitate pro omni eorum statu, ex qua nullum eorum actu absolute est, à Deo cognoscantur, ad Deum, qui solus aeternus est cum Dominicanis Thomistis recurrunt, eisque quoad verificativum & determinativum cognitionis divinae de creaturis pro statu possibilitatis conveniunt: divinamque intelligentiam pro verificativo, & determinativo admittant. In determinativum vero, & verificativum cognitionis divinae de liberis nostris futuris, tam conditionatis, quam absolutis, cum Thomistae decreta memorata cum illorum libertate consistere posse non videant singularem viam capessunt. Assignant enim pro conditionatis divinam conditionatam Scientiam, pro absolutis absolutam.

CERTAMEN II.

Postrema haec Recentiorum sententia revocatur.

Quia sententia haec quoad verificativum, & determinativum possibilitum, pro statu possibilitatis designandum convenit cum prima, Omnipotentiam designans, datis impugnationibus contra primam patet proportionem servata: quibus addo hanc sententiam supponere possibilitatem rerum formaliter realiter Omnipotentiam esse, id quod falsum esse ostendimus controu. metaphysica d. 1. ex instructo, & obiter hic d. 5. quæst. 1. cert. 3. n. 4. quia, etsi nondum absolute & actu existentia possint denominationes actuales intentionales ab actualibus formis recipere (ut patet in denominatione actu cognitorum,

quae eisdem convenit possibilitibus omnium sententia ab actuali de ipsis cognitione, & exemplis aliis pluribus) aliter de realibus denominationibus, ac non pure intentionalibus exemplum nullum est actualis denominationis ab actuali aliqua forma praefata subiecto, quod non existat positum, & praexistat, nisi ad Dominicanam doctrinam de existentia materiae per existentiam formae migraretur. Contra secundò: quia, ut ea subiecti existentia non requiratur in subiecto non existente, siue ex eius parte, quia à forma differt capacitas eam denominationem inspicendi requiritur; nec forma ipsi capacitem affert. Alioquin ab omnipotentia non minus possibilis Hircoceruus esset, quam Petrus: quid igitur est capacitas illa Petri, ex parte sui, ad eam denominationem, ut possibilis ab omnipotentia sit, atque cum illa, ut forma concretum hoc actu possibile constituat: quidve ut eam recipiat denominationem Hircocerui deficiat: si praedictorum huius repugnantiam intrinsecam eam incapacitem esse; & praedicatorum Petri non repugnantiam intrinsecam capacitem, quidve aliud dixeris à forma seu Omnipotentia diversum: id ipsum nos intrinsecam Petri possibilitatem, Hircocerui impossibilitatem dicimus: & quidem, cum recentioribus hisce, ut argumenta eludant familiaris distinctio sit *possibilis, ut quo & possibilis ut quod* (ne solutionis elusio, vel ita respondentium illud, in aperto sit, ac deprehendatur) vnum ex parte formae omnipotentiae denominantis, & aliud ex parte subiecti denominari proponi, & in eo concreto adesse faciendum necessarium ipsis est.

2. Contra tertio, ut oppugnetur in fidem certam. 1. num. 4. liberemus: quia actus vitales non à sola Omnipotentia possibiles sunt, sed ab ea, & potentia vitali possibili solum, & necdum existente positum pro sua possibilitate statu, pro quo eorum actum, ut possibilitum respectum essentialem terminat: ergo non à sola Omnipotentia tanquam forma, & *ut quo* possibilitatem vitales actus habent formaliter, sed ab ea, & potentia vitali possibili: quare & hanc completè possibilem atque ex quo & quod constitutam, ac proinde ipsam quod potentia vitalis possibilis: (quod in se & intrinsecè nihil actu est per se) est pro parte formae constitutivum actum vitalem possibilem assignare debemus: id quod paradoxum est multo ex capite, ut patet, & quia concretum vnius generis esse formam denominantem alterius concreti generis eiusdem, v.g. vnum album, dextrum vel visum alterius albi dextri, vel visui est ridiculum. Dices: potentiam vitalem solam Omnipotentiam, ut terminum adequatum essentialem, sui, ut possibilis respicere, atque ab ipsa proinde adequatè denominari: quare, quia hanc actus vitales possibiles possibilem concernunt, & tanquam terminum essentialem respiciunt, non posse non omnipotentiam respicere à qua etiam possibiles continentur.

3. Contra tamen: quia in respectu actuum vitalium ad Omnipotentiam, quatenus aequè immediate, & primo, atque Omnipotentiam, respiciunt possibilitatem potentiae vitalis, & haec respicit Omnipotentiam, ut terminum seu formam adequatam, & proximam, solum probat actus vitales possibiles qua parte respiciunt proximè potentias vitales possibiles, ut terminum essentialem & formam partialem proximam, qua in esse possibilitum constituntur, mediate respicere Omnipotentiam: ergo ab ea non constituntur adequatè actus vitales proximè possibiles, ut de se patet. Secundo solutio haec probat absurdum, quod deducebamus: nempe vnum concretum aliud generis eiusdem posse contra omnes philosophos, & communem hominum apprehensionem constitutere, & denominare. Adde iuxta hanc doctrinam minime, vel saltem aegre, defendi posse essentialiam possibilem rei ab eius existentia realiter indistingui. Cum certum sit Omnipotentiam, qua formaliter essentia rerum consistit, ac non repugnat, esseque possibilem à Petri existentia realiter, & immensè differre: quare doctrina haec à doctrina societatis valde discordat, & haec satis contra huius sententiae suppositionem pluries à nobis ex instructo impugnata.

4. Iam doctrinam hanc quoad questionem de verificativo, & determinativo divinae scientiae de possibilitibus attinet, sic impugno: quia cognitio divina de Petro possibilis

possibili non attingit solam possibilitatem, eiusque veritatem intrinsecam, sed prædicat etiam Petri, quæ nec omnipotentia nec scientia simplicis intelligentiæ sunt: alioqui nihil extra se Deus cognoscere, cum cognoscit, & iudicat Petrum v. g. esse possibilem: neque eius indicium obiectum esset vltimum, præter vel omnipotentiam, vel scientiam simplicis intelligentiæ: ac proinde hoc ipsum iudicium esset, omnipotentia est omnipotentia, vel scientia de omnipotentia est scientia de omnipotentia, imo distinctio illi aduersariis familiari in rebus hisce vt quo, & vt quod locus non esset: cum ergo vltra potentiam, & scientiam prædicat Petri, quoad intrinsecum, cognoscenda sunt, & quoad intrinsecum sui neque omnipotentia, neque scientia simplicis intelligentiæ, tanquam forma constituantur, facit aduersarij debent in prædicatis ipsi Petri obiectum veritatem, siue cognoscibilitatem esse, quam etiam Dei cognitio, vltra omni potentiam, vel scientiam repræsentet, & qua Petrus possibilis diuinum terminet cognitionem.

5. Vnde inferitur: in prædicatis intrinsecis Petri possibilis esse veritatem, qua etiam scientiam illam, siue Deum ad illam determinet: cum Dei omnis scientia, quæ veritatis omnis scientia est, nihil aliud, quam obiectum veritatem cuiusvis, pro statu quouis, vt illius determinate scientia sit, pro determinatio requirit, vt supra d. 5. qu. 1. certam. 1. a num. 2. & certam. 3. num. 1. & fufius d. 4. quæst. 3. doceamus. inde etiam inferitur ad consistentiam veritatis scientia simplicis intelligentiæ, quæ de intrinsecis illis Petri possibilis, seu, quod idem ad rem præsentem, futuri, nondum existentis, tamen cum cognoscitur opus actuali verificatio non esse: imo hoc esse impossibile, siquidem actu Petrus quoad intrinsecum ipsi prædicata non est, & tamen vere cognoscitur: quia actu esse non dicitur, sed esse posse: ad quod opus non est Petri actualitate, quæ non asseritur, sed quod esse possit, vt asseritur ad eam satis est, vt assertio assertio conformetur, quod ipsam formaliter esse, veram assertionem.

6. Frustra item ab his Doctoribus pro determinatio & verificatio cognitionis de Petro possibili scientia simplicis intelligentiæ designatur: quandoquidem Petri possibilitati, qua formaliter possibilis constituitur omnipotentiam actualem quidem, & æternam esse aiunt: in qua satis actualis determinatio, & verificatio adest: imo, non frustraneum modo, verificatio scientia simplicis intelligentiæ est, sed impossibile, siquidem Petri possibilitas, seu Petrus possibilis actu prioritate obiectiua ad sui veritatis, scientiam constituitur, & intimus est quam post per scientiam possit consueti: id autem solum cognoscitur, cum Petrus cognoscitur possibilis: non autem cognoscitur cognitus, quia talis enim, non possibilis quidem per scientiam simplicis intelligentiæ, sed actu cognitus à Deo per scientiam visionis solummodo cognosci potest: demum, vt ita cognoscatur Petri possibilitas vere actu possibilis per scientiam de eo, qua tali actuali oportet facit obiectum terminatum ad hanc scientiam non supponit sed subsequi, contra commune omnium iudicium: quod autem inde absurda, maxime in scholæ Societatis principis inferantur ex parte saltem inferius ostendimus. Accidit, si scientia ipsa verificatio sui, & veritatem obiecti formaliter constituitur sit. Omnis scientia diuina de quouis obiecto actu absolute non existente in se recta solum modo esse poterit.

CERTAMEN III.

Verificatio futuritionis vtriusque ab his Recentioribus nostris assignatum speciatim refellitur primo.

P. Præter hæcenus data contra verificatio possibilium, ac scientia de ipsis quod prædicti Recentiores nostri (non quidem ex necessitate principiorum, quibus ducuntur, & quibus designata omnipotentia sic Christoph. de Orreaga, de Deo Vno. Tomus I.

bat satis, (sed vi consequentiæ ad ea, quæ de verificatio futurorum dicturi erant) addiderunt proportionem seruata verificatio futurorum æquo impetu impugnant; singularem tamen verificatio scientia mediæ de futuris conditionate, & scientia visionis, & absolute de absolute futuris specialibus argumentis refellenda hic sunt. Et primo verificatio scientia mediæ de futuris, quod ipsam scientia mediæ de ipsis ab his Recentioribus dicitur esse, sic impugno primo. Idco per hosce cognoscitur actu à Deo futurum contingens conditionatum, quia est actu & determinate, verum, cum ita cognoscitur: siue, quia à verificatio, & determinatio actuali habet actualem veritatem determinatam: atqui ideo est actu determinate verum, siue habet à verificatio, & determinatio actualem veritatem determinatam futurum contingens conditionatum, quia à Deo cognoscitur per vos: ergo ideo cognoscitur contingens conditionatum, quia cognoscitur, siue ideo est scientia mediæ, quia est scientia mediæ.

2. Proba (si potes) Dominicans tua doctrina supposita scientiam mediæ nostram quam negant firmissime, & conantur adhuc irridere: vt appareat quanto scholæ Societatis damno, quæ pro libertate nostrorum actuum cum prædeterminationis certitudine concilianda diuino illustrata lumine scientiam hanc ex scripturis, patribus, & rationibus in lucem protulit, totque lucubrationum laboribus defendit, atque illustrat, doctrinam hanc Recentiores excogitant, quæ merito irrationalis reddatur, & ridicula. Redundum ergo his erit ad probationes nostrorum antiquorum ab his verificatio independentes, imo ipsis aduersas, vt scientia mediæ assertores se, & vindices esse abique audientium risu proferantur. Scio nonnullos, nescio quas formalitates in scientia mediæ diuisisse, vt altera verificatio, & determinatio sui ipsius sit si bique præcedat; altera vero seipsam sequatur; sed hæc ad questionem de re, atque à præcisionibus pure mentalibus independentem inania prius, & nugæ sunt.

3. Antonius Perez citato c. 9. versu sed rogas num. 114. in quo hanc proponit, versatque difficultatem, clariorque mentem explicat suam, plura secum pugnancia docet. Primo sub eius paragraphi initium causalitatis obiectiue in actu primo; siue vim determinatio contingens conditionati ad scientiam mediæ non posse esse scientiam, ne conditionata scientia suum causam dicatur. Circa medium vero responderi difficultati statum intrinsecum à re ipsa indistinctum esse scientia conditionate causam; illum autem statum non esse statum qui in re sit, sed qui esset, si conditio poneretur; quem satis esse, vt causa scientia sit, inquit, quia causa intentionalis est, quæ existentiam actualem sui ex parte actus primi non requirit, vt causet, (id quod constat exemplis quotidianis plurimis) quam causæ physice ex parte actus primi ad causandum supponunt: ac proinde ab obiecto non existente actu progredi potest. Concludit autem paragraphum. Caterum causalitatem in actu primo obiectum scientia mediæ non habet, sed haberet, si poneretur conditio, & nunc solum existit in suo effectu, qui est scientia mediæ.

4. Præter proxima verbatim transcripta, fere reliqua Doctoris huius verba (nec solum sentia) sunt: in quibus non vnam tantum contradictionem deprehendi. Primam in postremis verbis scientia mediæ est effectus contingentis, qui esset, si conditio poneretur: alii effectus omnis in actu secundo dicit vt essentiali terminum, & correlatum causam sui in actu primo pro priori modo sufficienti constitutam; alias esset, & non esset illius effectus: ergo, cum per scientia mediæ sit effectus illius contingentis conditionati, quod actu in se non est, sed esset, si conditio poneretur supponitur in eiusmodi contingenti, quod actu non est, sed esset, si conditio poneretur sufficienti constitutio in actu primo ad causandam scientiam mediæ secundo eorum verborum sententia contradicit alteri, quæ asserbat statum intrinsecum conditionatum contingentis esse causam scientia mediæ: quia ad causandum intentionaliter non requiritur ex parte causæ existentia actualis: ac proinde non existente actu potest effectus procedere.

5. Ex qua verissima, & fere omnibus constanti ratione, Z z ne,

ne, verificationum, omne pro possibile, & futuris utriusque actu non existentibus, cum cognoscuntur, quare & scientia media pro futuris conditionatis ab ipso assignata refellitur: siquidem principium unicum, ob quod intellectus egeat actuali determinatione, ut actu hoc potius, quam eius oppositum cognoscat, & cognitio verificationis actuali ut eius veritas actualis consistat, cum de actu absolute & presenti non existente obiecto habetur, præfate rationi contradicit: denique si nullam rationem causæ actu primo habet obiectum contingens secundum intrinsecam sui considerationem, sed haberet, si poneretur conditio illa: quam haberet respectu scientiæ absolute purificata hypothesis esset, non mediæ, quia scientia mediæ est, nisi forte cum rudioribus aliquod Thomistis qui alios rubore suffuderunt, scientiam mediam absolute non esse, sed conditionate solum esse asseras, sicut eius obiectum: cum ergo secundum se conditionatum contingens causa in actu primo non sit, nisi, ut ipsi scientia mediæ, quæ eius per se verificationem est, adiungatur: fatearis clare esse scientiam mediam, quia est scientia mediæ, rigoroso sensu propositionis causalis, (quod negabas) & effectum ad seipsum ex parte causæ in actu primo posse præsupponi: semelque toti Philosophiæ, & Theologiæ renuncia.

6. Modestius hinc sue huius propositionis absurditatem submittit; audacius verò Ribadeneyra eam propositionem, vi actus consequentiæ, admittit, nihilque in ea absurdi esse instantis pluribus suadere contendit. Primo: quia nulla pro priori & immediati ratione respondebit roganti: cur agens agat? nisi quia agit: siquidem actione in ratione agentis actu constituitur, quare eo responso per causam formalem intimam agentis actus ratio responderetur; ita ergo scientia mediæ, quæ quasi actio intentionalis conditionati contingens est, per causam formalem, ipsum scientiæ eiusdem causam intentionalem constituentem in ea propositione ratio redditur: item roganti cur hoc velimus? responderi apertius nequit, quam, quia volumus, & in re presenti, cur si vocatio detur consensus erit, nisi quia erit, si detur vocatio: Et sane barba est, inquit, & esset responso, si eisdem terminis diceretur, ideo est scientia mediæ, quia est scientia mediæ tanquam proxima causa sub illis terminis significata: quare immediate respondendum esse ait, esse scientiam mediam, quia contingens erit, si talis adhibetur conditio: est, cur hoc ita conditionate vere, ac determinate foret potius, quam oppositum? Scientia ipsa mediæ de illo habitam in causa esse responderi debeat, ne barde respondeatur: quemadmodum roganti, cur Petrus sit homo? quia est homo, si respondeas, stolidè respondebis; sin autem respondeas, quia est animal rationale, respondebis sapienter: eum idem ipsum, quod animal rationale homo sit nihilominus diversum tantum refert idem, non tamen terminis eisdem respondere, ut in his causalibus non inepte respondeatur.

7. Ceterum doctrina, & exempla hæc difficultatem & responsi ineptitudinem non euacuant. Primo enim exempla omnia rationum reddituram per causam formalem, siue physicam siue metaphysicam eius, de quo rogarur, sunt; ut singula consideranti parebit: quare recte in eis responderetur; in presenti verò de causa effectus, seu denominationis formalis scientiæ, aut motionis in actu secundo ab obiecto conditionato procedentis non inquiritur, sed de eius actualitate intentionali, vique ipsius determinatiua determinate, seu determinatiua in actu primo ad sui cognitionem, seu motionem actualem, & exercitiam pro posteriori, & actu secundo: reddere autem rationem causalem, quia est motio in actu secundo siue eius obiecti cognitio, siue his, siue illis terminis explicetur, est reducere actum secundum causam ad actum ipsius primum, atque posterius illud naturæ pro naturæ priori contradictione, & ineptitudine manifesta collocare: id quod exemplo primo demonstratur. An roganti, cur ignis calefactus sit? sapienter, ac non barde, & repugnanter respondeas: quia igitur, vel calefacit? minime obrationes datas: est rogatus, cur in actu secundo igitur, vel cale-

faciat rite, recteque respondeas, quia igitur, & calefacit: quia eo per causam formalem nempe ignitionem, vel calefactionem, quia formaliter igitur, vel calefactus ignis constituitur, respondes: idcirco Antonius Perez scientiæ huius principium citato, *§. causationi in actu secundo obiecti contingentis conditionati solum per scientiam mediam responderi fateatur*: quia ea mouens, seu agens in actu secundo constituitur, sicut agens in actu secundo formaliter constituitur, per actionem; non autem per illam reddi causalem rationem posse causalitatis eius obiecti in actu primo respectu scientiæ suæ.

8. Et hoc sane aliud præterea probat exemplum responsionis rectæ ad secundum illud, scilicet: ideo nos velle, quia volumus, ea siquidem responsione causam formalem huius concreti volumus, nempe volitionem nostram, sapienter designamus; quod si non de concreti huius volumus, in actu secundo, deque eius formalis causa rogaemus, sed de nostre volitionis causa in actu primo, seu potestate, à qua volitio procedit, sicut in presenti de virtute actiua, seu motiua intentionali in actu primo obiecti contingentis conditionati inquiritur, inepit, & contradictorie per volitionem nostram responderetur. Contra secundo: quia ea responso de actibus, siue de actionibus liberis formaliter immediate, & proxime est, respectu quorum causa determinata in actu primo nulla assignari, reddere potest, cur determinate volitio potius, quam eius emissio, seu volitio sit, cum ea, qua libera non possit principium sui determinatum habere, sed præfatus indeterminatum, & ad ipsam, cuiusque oppositum prorsus indifferens: quare ipsa sibi ea tora determinata existentia suæ, præ eius opposito determinatio: ac proinde nulla extra ipsam determinata existentia suæ præ opposito causa reddi potest; quod etiam sapienter denotatur: scilicet autem in actu presenti res habet. Nam scientia mediæ libera formaliter immediate, & proxime non est, neque in ipsa eius determinatio esse potest, ut sit potius quam non sit: quare neque ipsa pro determinatiua suæ existentie reddi sapienter potest; sed signanda est in alio, quod ipsam naturam antecedit, & à quo in actu primo determinata existentia eius præ opposito determinatur: quod si ea determinatio in actu primo ad scientiam non sit in obiecto nudo, sed addita illi per scientiam, scientia ipsa pro causa immediata, & ratione proxima suæ determinatiua existentie præ eius opposito habetissime ab hisce redditur. Illa ratio ostendens roganti, cur Petrus sit homo, quia est animal rationale, ad rem non est: tum, quia per causas metaphysicas materialem, & formalem seu genus, & differentias redditur, tum, quia inde fit explicatius, eum idem ipsum proponi: quare definitio illationis ad definitum medium percillimum est: quorum neutrum in re presenti inuenitur.

CERTAMEN IV.

Eiusdem scientiæ à libertate scientiæ impugnatio secunda.

1. Secundo eadem Recentiorum doctrina à libertate scientiæ mediæ (cuius nuper meminimus) confutatur; etenim scientia hæc mediæ conditionate futuro contingenti libera & absolute libera est: his doctoribus. Siquidem ita de facto, & absolute est, ut absolute potuerit non esse; aut non habet libertatem absolutam mediatam à decreto Dei absoluto, quod pro statu futuri contingentis conditionate non extat: ergo habet immediatam & proximam absolutam libertatem: sed hanc non habet realiter formaliter à voluntate diuina, à qua realiter formaliter non progreditur, est realiter materialiter, & identice ab ea & reliquis diuinis progreditur: ergo eam habet in horum sententia ab intellectu diuino à quo realiter formaliter procedit. Infero inde: ergo intellectus diuinus realiter formaliter, nec solum realiter materialiter, & identice est potentia libera, quod est exoticum, & absurdum. Prohibitionemque formalis libertatis

Disp. VII. Quæst. VI. Certam. IV. 367

libertas immediata, & proxima actus ab indifferentia ad virtutis (quod ipsum) potentia in actu primo libertas est) principij proximi a quo procedit formaliter delimitatur: atqui scientia procedit immediate, & proxime ab intellectu, tanquam a suo proximo principio: ergo si libertas formaliter proxime scientia est, intellectus realiter formaliter, nec solum materialiter, & identice, liber est.

2. Respondent ex libertate formali proxima actus non recte inferri illam habere ex libertate in actu primo cuiusvis principij proximi a quo actus procedit: quare peccat consequentia ultima argumenti nostri, & illatio ex illa deducta de libertate formali in actu primo intellectus diuini, a quo realiter formaliter, nec solum materialiter, & identice, sicut a voluntate, scientia media procedit. Assumptum patet in actu charitatis proxime formaliter liberi, qui tamen ab habitu, a quo proxime procedit, tanquam a principio non minus nec distantiore quam a voluntate libertatem non trahit: sed a voluntate, quæ alterum actus illius principium, seu comprincipium proximum est: libertas igitur proxima formali actus non arguit cuiusvis sui principij proximi libertatem in actu primo, sed alius tantum: cum ergo ad scientiam mediam principium proximum non solus intellectus sit, sed contingens ipsum conditionatè futurum ab hoc libertatem scientia media trahi satis erit, non ab intellectu; illiusque inde, non autem huius argui formalem libertatem.

3. Contra primò: quia conditionatè futurum contingens non est principium indifferens sive ad virtutis potens in actu primo ad sui cognitionem, vel ad oppositum: ergo, quia ab ipso eius cognitio seu scientia media procedit, non trahit libertatem: siquidem hæc per denominationem formalem extrinsecam ab indifferenti, siveque potenti ad virtutis principio proximo trahitur: ergo, si proxime libera scientia media sit ab indifferentia alterius comprincipij (quod reliquum est) nempe intellectus in actu primo trahi proxime debet: quare intellectus realiter formaliter potentia libera in Deo erit. Contra secundò: quia, cum obiectum conditionatum contingens non sit potentia libera, & indifferens solum erit liberum ut actus quare in sui conditionatam scientiam libertatem formalem proximam immediatam, & primariam non poterit refundere, sed mediatam, & secundariam: sicut actus imperans in imperatum, siue eiusdem, siue diuerse potentie, actum refundit: qui ad illam necessariò consequitur eadem omnino est, ac non alia, ab ea, quæ in illo actu reperitur, solumque in eo mediata actus consequentis libertas, a libertate actus antecedentis, quem sequitur differt, quod sequens actus mediatius, & in illo, antecedens verò immediate in se libertatem eandem sortitur: ut in imperantibus, & imperatis actibus cunctis est videre: atqui libertas formali futuri contingentis conditionati solum est libertas conditionata, non absoluta: ergo, & scientia media libertas subiectiva ex parte actus conditionata solum erit, non absoluta, ut esse merito in tua doctrina supponis.

4. Contra quartò: quia (ut hæc cessarent) rogo, an futurum contingens conditionatum sit principium proximum liberum, & indifferens, ex quo scientia de ipso media libertatem formalem actus immediatè, & proxime trahit, secundum modum intrinsecum suum esse, quod actu quidem non est, per omnes, sed solum esset, si conditio poneretur: an ut vestitum, & coniunctum cum esse actuali, & intentionali, quod in scientia sua media habet: Si postremum ergo scientia media a se ipsa absque alio principio indifferenti proxime, & immediate libertatem trahit: nec solum esse, sed libera esse dicitur, quia est, & quia libera esse, quod est respectum inepitimum: secundo & implicatorium: quia cum libertas formali proxima, & immediata actus essentialiter delimitatur ex indifferenti potestare ad virtutis principij, a quo proxime procedit, & scientia media, quæ coniuncta cum futuritione conditionata contingens, principium, ex quo eadem scientia libera

tatem proximam formalem trahit esse asseritur, indifferens ad existentiam ipsiusmet scientie eiusque negationem non sit, sed omnino determinata ad seipsam, ac sui negationi essentia, & entitate sua repugnans, sicut reliqua omnia sui negationi contradicunt: nec plane ex duplici capite aperitissime repugnat, ut a futuro contingenti conditionato, ut existente actu intentionali in sui scientia media, siue, ut coniuncto cum illa libertatem formalem proximam actus scientia ipsa media trahat. Tum: quia scientia media, ut existens nullo causandi genere, siue physico, siue intentionali sui ipsius principium, seu conditio ex parte actus primi præiungitur esse potest: ut esse oportebat, ad hoc, ut a seipsa, tanquam principio proximo libertatem traheret. Tum: quia a principio omnino determinato ad actum, nec ullatenus indifferenti ad ipsum, cuiusque oppositum formali libertas actus trahi non potest: ut omittam (quod iam subdam) esse, ac viti mortuum solum intentionalem ad rationem principij, quod posset libertatem in actu refundere, esse insufficientem.

5. Sin autem dicas: futurum contingens conditionatum secundum purum suum illud conditionatum esse, quod actu absolute non est, sed solum foret, si conditio poneretur: proximum libertatis scientie media esse principium. Contra primò: quia ut dixi num. 3. eiusmodi futuritio conditionata contingens non est indifferens, siueque compositis potestatis ad sui scientiam eiusque negationem, sed quatenus de se est determinata, ut eius scientia existat (est, aliud præterea requireretur, ut actu ea existere scientia) ergo a contingenti sub ea futuritione conditionato, nequit in sui scientiam libertas refundi: iuxta proxime repetitum principium de necessitate indifferencie requisitæ ex parte principij, a quo in actum derivanda libertas est. Secundo: omne principium a quo in eius actum derivanda libertas est, debet esse principium physicum, & vitale illius actus, ut in omni principio, comperto tali, monstratur: atqui contingens futurum conditionatè secundum eum statum, nec principium physicum nec vitale suæ scientie media est. Ergo nequit esse principium, ex quo in scientiam mediam derivetur libertas. Minor, sola probanda, suadetur: & primo principium vitale suæ scientie non esse, probatione primæ partis satis ostendebatur: siquidem omne principium vitale actus cuiusvis principij physici ipsius esse debet: sed immediatius ex speciali ratione vitalis principij ostenditur: quia omne principium vitale, quia vitale, est principium operatum immanenter actus, cuius principium vitale est: atqui contingens conditionatè futurum suæ scientie media principium operatum immanenter non est: sed in alieno supposito, scilicet Deo: ergo scientie media principium vitale non est: sed nec physicum principium eius scientie operatum esse contingens pro statu futuritionis conditionatè demonstratur: quia principium physice operatum absolute tale, dicitur politice ex parte sui actum absolute existentiam: atqui contingens futurum conditionatè, pro illo statu, actum absolute existentiam politice nec dicit, nec habet in se: ergo nec est principium physicum operatum suæ scientie media.

6. Et sane miraculi instar esset (si forte de facto est) viros non præ hebetudine mentis, sed præ nimio ingenij acumine, & subtilitate, adeo scrupulosos pro principiorum scientie media necessaria existentia physica absolute, & actuali fuisse, ut ne intentionalis quidem principij vim mortuam in actu primo respectu scientie media, absque aliqua extrinseca saltem absoluta physica, & actuali existentia positiua præmissa conditionatè futuris contingentibus concedere ausint, et si pro eis assignandis extrinsecus in tot arduos anfractus iactentur: & tamen ad hoc, ut eiusdem scientie principia physica sint, (ut oportet, ut in eam libertatem formalem proximam derivent) futuritione, & existentia eorundem contingentium conditionata solum, nondum pro eo statu absoluta existentia positiue posita, & in pluribus corum pro nullo statu ponenda, satis esse putent: & hæc sit quarta hæcenus impugnata solutionis impugnatio, atque ut alias tædium mittam postrema. Nec puer

ter aliquis nos nostri huius argumenti difficultati hactenus ostendit & confirmata subiaccere: quia, & Scientiam mediā actū esse, ac non esse absolute potuisse nobis, & cunctis facendum necessarium est: quare, & liberam ex parte actus esse ab omnibus est admitendum: inquirendumque principium unde eam libertatem trahat, atque adeo vel ad intellectum, vel ad futurum contingens conditionatum per eadem incommoda & absurda recurrendum omnibus esse: sed hæc is solum dubitet, aut suspicetur, qui Scientiæ mediæ naturam, & rationem eam media nominetur, non penetrauerit: atque vniuersim Scientiæ diuinæ, & essentiam, & adequatum specificatum iuxta à nobis dicta non statuerit: de quibus d. sequenti affatim instruetur. Nunc autem supponat ex ibi dicendis explicatius, Scientiam diuinam ex parte actus, & sui nullam habere proximam libertatem: cum Omniscentia, essentia, & conceptu suo primo sit, atque veritatis omnis de se, & ex parte sui formalis representatio: ac proinde extrinsecus solum à libertate obiectorum per puram extrinsecam denominationem liberam esse eodem subinde libertatis genere, statu, & modo, quem obiecta fortuantur: quo difficultas secundæ huius argumenti nostri nobiscum non agit.

7. Tertiā aliam generalem, & à priori impugnationem verificatiuum & determinatiuum omnium extrinsecorum obiectis quibulvis, quæ absolute, & de præsentī actū non sunt cum cognoscuntur, & quæ principium generale, quo verificatiua, & determinatiua actualia pro illis cognoscendis necessaria ab aduersariis vniuersim probantur, potius abiicitur, commodius, & clarius producemus certamine sequenti, cum generali principio illi aduersariorum respondeamus, ubi, & illud confutabimus: sed illud tandem contra Recentiores nostros notare hic non omittam: ex eorum doctrina ut libertas nostrorum actuum pro vtriusque futuri conditionate, & absolute statibus non eueratur (quam euerit certum est mihi, & præcipua horum Recentium impugnatio) tamen Recentioribus Dominicanis arma inde ministrari, quibus se tueantur atque argumentorum nostrorum impetum tutius, leniusque recipiant, imò & fatales, ethnici, & hæretici quoscunque (contra quos speciatim scripsit Augustinus) cum contra ipsos de nostrorum libertate arguimus præscientiam absolutam futuri absolute contingens causam esse non posse: & quamquam ex hæcenus dictis notatum hoc postremum in terminis contra verificatiuum & determinatiuum præscientiæ absolute de absolute futuri, antequam actū, & de præsentī à Deo cognitis à Recentioribus nostris assignatum (præscientiam nimirum absolutam) impugnat: Resiqua verò proportionem seruata idem verificatiuum refellunt: ea tamen contra hoc verificatiuum in terminis reperenda non sunt, cum facile à quouis contra ipsum valeant aptari.

CERTAMEN V.

Principij aduersariorum solutio, & confutatio.

1. Fundamentum Recentiorum duplici ex capite sumitur. Primum: quia, cum ea, quæ actū absolute non sunt, cum cognoscuntur, siue, ut possibilia, siue, ut conditionata, vel absolute futura pro tunc determinate non sunt, nil ex parte ipsorum præcisè sumptorum est, quod determinet ut illa pro tunc esse cognoscantur: quare aliquid extra ipsa designandum necessarium, ut mens ad ea secundum status illos cognoscenda determinetur. Secundum caput est natura, & essentia ipsa veritatis diuinæ Scientiæ quæ infallibilis esse debet: in autem actuale verificatiuum obiecti, quod postius actu non est, designetur, Scientia diuina de ipso non erit infallibilis: sed neque erit absolute vera. Pri-

mò: quia per copulam est, asseritur positivum esse de obiecto secundum statum, in quo esse non claudat positivum, sed ut summum præcendit ab esse: ergo falsa est illa assertio, non vera, nedum infallibilis. Secundò: quia veritas iudicij cuiusvis in relatione conformitatis iudicij eius cum obiecto consistit: ergo nequit consistere veritas absolute, quin relatio illa conformitatis ad obiectum consistat: nequit autem relatio illa conformitatis cum obiecto absolute consistere, quovis obiectum absolute consistat: quod in se absolute non consistere pro statibus illis cum pro eis cognoscitur certum nobis etiam est: ergo debet consistere absolute in alio, quod, & ipsius pro illo statu cognoscendi, & cognitionis de ipso verificatiuum actualis, & absolutum sit: Neque intelligi vquam potest, quomodo obiectorum, quæ non sunt, sed solum esse possunt iudicia æternæ veritatis sint, (vbi esse ab omnibus dicitur) cum obiectiva rerum veritas, & verum ab earum entitate, & esse, quod ab æterno non est, re ipsa physice imo formaliter, & metaphysice verofimilis, minime differat: non ergo in ipsis, quoad intrinsecum, sed in alio verificatiuo extrinsecum eorum veritas æterna est.

2. Hæc tamen omnia, quæ in auita adeo Recentiores nostros egerunt, ex aliis principiis delumpta à peritioribus nostris doctoribus iam pridem dissecta sunt, imò & neglecta: quia pura æquiuocatione & ignorantia obiectiui nisi deprehensa sunt, ex quo primum opponeretur. Respondeo igitur facile ex dictis diu. 4. & d. 5. quæst. 1. certam. 4. & primo vniuersim rogo, an, ut obiectiva veritas omnis, quæ iudicio cognoscitur, & attingitur, cognoscatur, debeat esse absolutum habere actū, & exercitū, quod determinet, aut verificet cognitionem, aut iudicium, quod de ipsa habetur? rogoque rursus, an illo extrinsecum determinatiui, aut verificatiui illud habeat? si vtrique interrogationi affirmatiue (vt tuo principio, & argumento coniectarie debes) respondeas: ergo, cum per simplicem intelligentiam, scientiam mediā, & præscientiam absolutam cognoscatur ab æterno, ex quo non erant, possibilia, futura, tum conditionate, tum absolute, nec solum eorum determinatiua, per determinatiua, & verificatiua tua esse absolute, & cognoscibilia obiectiue præhabere debent, ut cognoscantur, ecce per aliquod extrinsecum illud esse actuale augmentum, quod asseri eis scientiis dicis, in eis obiectis reuera cognitæ admittis, quod est paradoxum, nec intrinsecum obiectorum illorum statum (qui præter determinatiua, & verificatiua tua scientia etiam cognoscitur) immutat: quare, & de illius status cognitione, & obiectiue esse quoad intrinsecum, si quid tua difficultas præstat, omnino consistit.

3. Etenim vel in illo intrinsecum satis determinatiui est, ut tunc, & pro eo statu quoad intrinsecum sumptum cognoscatur, cum absolute non est, & pro statu pro quo absolutum esse actuale, & exercitum non includitur, vel non est satis determinatiui, & verificatiui: si non est, quoad intrinsecum: nec status ille, nec obiecta quoad intrinsecum cognoscantur, sed solum determinatiuum, & verificatiuum cognoscitur: si in eo, quoad intrinsecum sumptum satis determinatiui, & verificatiui est, ut præ impossibile, seu neutro modo futuro cognoscatur actū: ergo determinatiuum, & verificatiuum actuale, & absolutum sumptum: vterius aliquid esse, & iudicari possibile, vel alterutro modo futurum, non est iudicari esse actu absolute, & de præsentī: huic autem iudicio verificando nulla existentia actualis absoluta, siue possibilibi, aut futuro intrinsecum, siue extrinsecum subleuit: quinimo officit ut contra præsentiam futurorum in æternitate arguebamus, arguantque recentiores nostri contra quos agimus, ratione illius non posse verificari iudicium de futuris, sed de præsentibus: quare, si solum secundum eam præsentiam cognoscantur, falso cognosci futura, & futura.

4. Negari demum non potest possibile, & alterutro modo futurum secundum intrinsecum etiam eorum statum, nec solum secundum sui determinatiuum, aut verificatiuum cognosci à Deo, ac proinde terminare scientiam diuinam: quare in intrinsecum eorum, secundum statum suos, & aptitudinem terminandi cognitionem veram sui secundum intrinsecum sui, & status illius, quæ non est in prædicatis intrinsecis chimæ, & in statu neutro modo futurorum, ergo est ex parte Petri v. g. & cuiusvis possibilibi.

ibilis determinatio pure passivæ terminandi cognitio- nem veram de sui possibilitate, quoad intrinsecum, præ chimæta, & impossibili, è suorum prædicatorum repu- gnantia; sed nulla alia determinatio obiectiva præter passivam pure terminandi requiritur, vt à Deo cogno- scantur, verèque possibilia iudicentur, quæ possibilia sunt præ chimæta, & impossibilibus: ergo, vt possibi- lia in eo statu cognoscantur, & iudicentur talia, præ im- possibilibus, determinatio alio extrinseco non egent: & idem est de iis quæ alterutro futuritionis modo & sta- tu futura sunt, atque vt talia cognoscenda. Minor proxi- ma probatur: quia, quæ solum reminiſcunt se habere possunt respectu suæ cognitionis in determinatione pure passivæ, & terminatiua satis determinationis obiectivæ habent, vt cognoscantur: ita vero solum se habent obie- da omnia extrinseca respectu cognitionis diuinæ, quæ de se, & conceptu suo actualis formalis representatio anti- cipata quadit omnis obiecti extrinseci, vt sæpe monuimus d. 2. §. 4. & 5.

5. Atque hæc primum caput, ex quo generale illud aduersariorum principium probatur, imo, & caput secun- dum, prædicunt, sed secundi huius probationes ex ve- ritate, & infallibilitate scientiæ diuinæ speciatim dissi- ciunt, prima erat ex copula est in iudicio de eorum pos- sibilitate, aut futuritione imbitæ significatio: quia quæ possunt non sunt: cum esse iudicantur, falso esse iudi- cantur. Hæc tamen probatio ignoratione significationis copulæ est in iudiciis de rerum possibilitate, aut aliis quæ actuale absolutum esse eorum, nec important, nec concernunt, vt sunt necessaria sunt, omnino nititur; vt enim d. 3. quæst. 1. certam. 4. ex communi Philosophorum dicta, dicamus copula est propositionum in materia necessaria abstrahit à tempore, neque illud concernit, quia solum de causa æternæ, ac necessariæ veritatis esse dicuntur; quæ autem in materia contingenti sunt, quia prædicantur contingens important, quod non; nisi in tempore, potest subiecto, de quo prædicatur, accide- re, esse contingens, & in tempore per copulam iudicii concernitur; non tamen eodem modo: sed de futuro, de præterito, vel de præsentis iuxta verbi substantiui va- rias per tempora & modos suos inflexiones: quod si esse actuale & de præsentis absolutum ad propositionum suæ de futuro, siue de præterito veritatem requireretur, non solum otiose, sed inepte essent in verbis introdu- ctæ verborum per varios modos, & tempora varia in- flexiones.

6. In propositionibus vero in materia necessaria per copulam est sola connexio identitatis necessaria prædicati cum subiecto significatur, quin tempus ali- quod configitur ulterius: idemque suo modo de propositionibus de futuro conditionato dicendum est, est de prædicato contingenti sunt: quia tempus, & exi- stentia contingens hypothesis non importatur absolute, sed suspensæ. v. g. si esset cogitatio, seu vocatio, & sub ea existentia, & esse suspensio fore consensus asse- ritur; nusquamque actu, & de præsentis absolute esse; imo nec fore absolute de futuro: quare; est actu, & de præsentis non sunt, quæ possibilia, vel solum condi- tionate futura iudicantur ratione configiturati tempore essendi per copulam à veritate cuiusmodi iudicia non possunt defecere: quia nullum tempus absolute essen- di eis copulis de obiectis illis configituratur, in pro- positionibus autem de præterito, vel futuro, est tem- pus per copulam importetur essendi, seu existendi abso- lute obiecta illa, non tamen præsens, & actuale, cum ita de eis, vel fore, vel fuisse iudicatur: quare nec de- fectu actualis existentie eorum absoluta de præsentis, quæ eorum iudiciorum copula nusquam concernitur, à veri- tate iudicia illa defecent.

7. Tertia, ratio pro verificatiua ex relatione con- formitatis iudicii ad obiecta, quam essentialiter iudicii cuiusvis veritas actualis dicit, nequitque actu absque actuali consistentia vtriusque extremi, nempe iudicii, & obiecti consistere, inutilissima est: conformitatis enim cum obiecto relatio, quam actualis veritas dicit, non est cum obiecto, vtriusque, & vt absolute existente en- titate, sed cum obiecto vt representatur: quare ad eam comparationem, & veritatem actualem iudicii, & cogni-

tionis sit est, quod ita obiectum sit, vt representatur, & iudicatur de illo; quin actu illud, & de præsentis du- ratione esse obiectum, cum iudicatur sit opus, ad cu- ius iudicii actuali veritatem; immo vero, si iudicium de prædicato contingenti de præsentis non sit, sed de pu- re futuro, veritas eius actualis non consistit: cum eius- modi iudicio asseratur prædicatum actu, & de præsentis non esse, & posterius primo fore: & sane, cum status futuritionis alterutrius vel possibilitatis iudiciis, de qui- bus agimus, asseratur esse de iis, quæ actu absolute non sunt cum eis debet esse iudicii conformitas: & vero, est determinatiua, & verificatiua actu absolute, & de præ- senti sunt: status ille, & obiecta ipsa secundum se, & quoad intrinsecum non sunt; & tamen cum illis debet esse iudicii conformitas, vt actu sit verum: quare eodem tuo argumento, & tu impugnaris; nisi asseras nihil præ- ter determinatiua æternæ, & diuinæ, quæ assignas, à Deo cognosci, ac proinde impudenter & erronee obiectorum extrinsecorum omnium, antequam sint scientiam ipsi ne- ges, vel possibilia, & alterutro modo futura per ea de- terminatiua, & verificatiua formaliter in sua, vel possibi- litate, vel futuritione alterutra omnino constitui, quo- vtrorumque futurorum contingentium eueres liberta- tem: cum eorum determinatiuorum, & verificatiuorum positio in ea doctrina nostræ libertati non subiceat. Sa- tius igitur erit, tutiusque, & protius verum asserere re- lationem conformitatis intentionalem similitudinem actualis existentie in duratione iudicii, & obiecti non requi- rere, nisi iudicio ea similitudo enuncietur: sicut nec requi- ritur localis vtriusque similitudo, vt in loco, quo de distanti obiecto iudicatur, sit actualis veritas: & ratio est, quia in- tellectus cognitione, & iudicio suo seu intentionali repre- sentatione sicuti loca omnia ita, & tempora penetrare potest & transcendere.

8. Sed quid tandem illud est obiectum esse, ad quod terminatur iudicium illud, cuiusque veritas, & conformi- tatis relatio cum de obiectis iudicatur, quæ tunc non sunt? an absolute existentie de præsentis? certe si id queris, nodum in scypro queris: siquidem in obiectis ex fide, vt dixi, necessario cognoscendis pro statibus; pro quibus actu, & de præsentis esse non claudunt, esse præsentis actu, & absolute, quasi tactu percipere, & pal- pare conaris; si aliud esse obiectum & intentionale queris, designabo facile ex dictis disput. §. quæst. 1. certi. 4. sed mentem acue, atque ad illud percipiendum rudi- tati sensum renuntia, qui solum præsentia, & actualia percipiunt: est quandoque futura prælagant ipsi, & presentant: & pro futuris, & præteritis absolute facilius perceptu assignabo: nempe absolute pro aliqua duratione existentiaque asseritur. Pro possibilibus illud obiectum esse, quod, est extrinseca pura denomina- tio extrinseca à cognitione non sit (neque enim reflexa cognitione, & iudicio opus est vt cognoscantur) extra cognitionem tamen physice absolute actu non est: quin rationis signum sit: quia absolute esse in rebus po- test, vt cognoscitur, & iudicatur; est cum reflexe esse pro eo statu, quoad intrinsecum iudicamus ficto illum esse vestimus, directe vero necessariam connexio- nem prædicatorum non fictam, & non repugnantem; cognoscimus, atque enunciamus. Idemque iuxta dicta de futuris conditionate proportionem seruata dictum pu- ta. Nec maioris explanationis capacia sunt; quia ex ter- minis, & vocum apprehensione nota, vt pleraque alia; sin; explicam mihi (amabo te) conce- prum notissimum existentie clarius, quam ea voce simplici significatur.